Q. F. E. F. S.

DISPUTATIO INAUGURALIS

De

POTESTATE DOMINI TERRITORII,

ET

RELATIVA SUBDITORUM OBLIGATIONE:

Quam,

ADSISTENTE DIVINO NUMINE,

EX DECRETO ET AUTHORITATE MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS IN INCLYTA HAC SALANA,

SUB MODERAMINE

DN. HENR. BALTHAS. ROTH/

JCti & Professoris Publici Ordinarii, Consiliarii, Saxonic. & Swarzburg. Curiæ Provincialis & Scabinatus Assessoris, ac p.t.

DECANI Spectabilis.

Promotoris & Fautoris sui ætatem devenerandi:

Pro Summis in Utroque Jure Honoribus, Dignitatibus, Juribus & Privilegiis Doctoralibus consequendis,

placido eruditorum examini submittit

FRIDER. THEODORUS Klampring/

Uchta-Gvestphalus,

Ad diem XXII. Februar. Anno. M. DC. LXXIX.

IN COLLEGIO JCTORUM

horis ante - & pomeridianis.

JENÆ, Stanno NISIANO.

PRÆFATIO.

F. L. S.

GRave esse de illis scribere, qui possunt proscribere, tralatitium & in omnium ferè ore est: nec sine ratione; sunt enim Dii. *Psal. 81. v. 6.* quos lædere, piaculum ducitur: Et quis dicet illis, quid facitis? *Sapient. 6. v. 4.* soli judicant salutem universorum, cùm soli cognoscant æquitatem querelæ singulorum: soli imperant, cùm ipsis solis cunctorum vires & facultates subsint. Et, cur se ad cathedras Doctorum hæc tam sublimis Principum prudentia dimitteret, cùm se non includi disciplinæ regulis patiatur ob infinitam reip. salutem, & mutabilem hinc status rationem: Est & in discernendo boni publici interesse adfectata nimis & quæstuosa ut plurimùm opinio subditorum, hinc tot devastationes, tot cædes & rebelliones, ut nullum ferè regnum hactenus turbulentorum motibus manserit inconcussum.

Est tamen & boni Principis, legibus se adligatum profiteri. *arg. L. 4. C. de LL.* nec fortius adstringentur subditi, quàm ut sciant, illum etiam ex conscientia his officiis teneri: dedecet etiam valdè subditum jura Reip. in quâ versatur ignorare. *arg. l. 2. §. 43. ff. de O. J.* habentur quippe leges Imperii, juxta quas utique summa potestas subditos regere cupit: existunt reversales, quibus benevolum erga subditos

animum & averſationem, iis pro libidine imperandi, ſatis declarant Principes.

Ob has ergo & ſimiles cauſas & ego clementiſſimam audaciæ meæ, ab illis, quos noſtros ſubmiſsè deveneramur Dominos, merebor veniam, nec proſcindent boni quilibet hunc conatum: non enim delector ſatyricis, nec animus, diſtrahere regimina Principum, aut taxare eorundem facta: inquietorum hoc eſt & ſceleſtorum. *arg. l.3. C. de crim. ſacril.* non ſubditorum fidelium. Præ oculis potius manibusque leges & obſervantiæ Imperii obverſantur, hæ erunt normæ & hodogetæ loco, & ſi qua etiam harum interpretatione erravero, deprecor errorem humilimè: Arduam eſſe materiam fateor, obſcuram teſtor & ſparſim traditam ſenſi, hinc minus culpabor fortè quod iſtam non ex voto elaboratam hiſce pagellis exhibeam, confuſa adhuc etiam ex parte eſt, nec tamen ſine omni methodo, ſed *Cap.I.* agit de poteſt. & obl. in genere. *Cap. II.* Dominum territ: ejusque ſubditos conſiderat, definitivè, conſtitutivè & diviſivè. *Cap. III.* delineat poteſtatem quomodo ſe in objecta diffundat; & ad quænam ſubditi Domino territoriali, recipiendo; *Vid. Cap. IV.* vel recepto, & eum aut ratione facultatis, tàm circa animam; *Vid. Cap. V.* & actiones; *Vid. Cap. VI.* quàm corpus; *Vid. Cap. VII.* aut ratione rerum ſuarum; *Vid.Cap.VIII.*: obligentur: Cætera quod nec in aptum redegerim ordinem, nec perlectis pluribus Auctoribus, qui hanc materiam tractarunt, compleverim, excuſabit temporis anguſtia, redeundi enim in patriam inſtat dies & jubet ratio: præcipua ergo dum Superioritatis territorialis tantùm adtributa trado quæ ſcil. in primis ſubditorum obſequia requirunt, non immemor, quod amplior

ipſo-

ipſorum poteſtas & adſtrictior ſubditorum obligatio: ſed Diſputationem Inauguralem conſcribo, non tractatuum volumina, plura addant alii, vel ego ſupplebo ea, ſi Deus vires & vitam conceſſerit uberiorem.

Cæterùm de Perſonarum Illuſtrium, earumque ſubditorum officiis tantùm egi, non, quod denegem etiam Civitatibus dominium territoriale, hoc enim eſſet contra rationem & leges pugnare velle: ſed quod varia ipſarum forma, ſpecialia multa habens, quæ aliquod compendium non capit; Perſonarum Illuſtrium autem ferè una eademque regiminis forma, regiæ analoga. De quibus Deo iuvante pluribus in diſputatione.

CAPUT I.

De

POTESTATE
ET
OBLIGATIONE
IN
GENERE.

Veræ non ſimulatæ addictus Philoſophiæ, haud operosè ſectabor verborum aucupia, contentus, ſi pro ingenii viribus rerum enodavero plagas, cum illa diſſolverint, Philologi & Lexicographi, Calvinus, Almers, aliique.

I.

DEſcendit *poteſtas* à *potis* & *eſſe*, quaſi ſcil. illâ facultate pollere efficiendi quod velis, & ſynonymicè dicitur illa aliàs etiam, vis, potentia, facultas, robur, vocibus his latè ſumtis: noſtris, eine Stärcke/ Macht/ Gewalt/ Vermögen.

§. 2. Deſcribitur *Poteſtas* (Moralis ſcil.) quod ſit *jus poſcendi ab aliis quod nobis debetur. arg. l. 51. ff. de obl. & act. Juris* autem vocabulo hîc non venit norma iſta actionibus humanis à Deo vel Majeſtate præſcripta, ita enim obligationem importat. *vid. Excell. Dn.* Velthem/ *Introd. in Grot. de J. B. & P. p. 133.* Sed actio aliqua & cauſa, vi cujus legitimè valeamus alterum convenire, ceu nobis obligatum: *arg. l. 25. ff. de obl. & act. l. 49. ff. d. verb. ſignif. l. 32. ff. R. C.* Non ergo hanc poteſtatem moral. vis aliqua naturalis efficit, quâ ſc. rem manu militari extorquere poſſimus, quomodo e.g robuſtus ſupprimit infirmum, qui tamen ipſum ſæpè poſſet ſuperare moraliter; ſed obligatio alterius, propter quam id quod nobis debetur prætendere queamus. *d. l. 25. ff. d. obl. & act.* Nec hinc etiam illa obligatio, quâ donatarium decet beneficia donantis grato ſemper adnoſcere animo, quia nil poſcere poteſt alter, actione quippe deſtitutus. *arg. l. 12. §. 11. ff. de heredit. petit. conf. Dn. Puffendorf. de jure N. & G. L. 3. c. 3. §. 15. 16. 17. vid. tamen etiam Bœcler. diſſ. de actione ingrati.* Poſcimus autem rem nobis debitam in Rep. à recuſante vel denegante aut etiam cunctante, implorando Magiſtratum. *l. 13. ff. quod met. cauſ.* non vi. *l. 7. C. unde vi.*

§. 3. Derivatur *obligatio* etymologicè à præpoſito *ob* & verbo *ligare*, quaſi funibus aliquem implicatum ita conſtringere, ut evadere amplius nequeat; homo enim cum aliquid ſtipulanti promiſit, libertatem ſuam, velut per frænum aliquod morale, huic rei præſtandæ vel faciendæ, ita annexit, ut non, niſi de facto, contravenire valeat. *arg. l. 3. pr. ff. de oblig. & act.* quò alludit dicterium illud Salomonis. *Proverb. 6. verſ. 1. 2.* ſi quid ſpopondiſti alteri, defixiſti proximo manus tuas, illaqueatus verbis oris tui, captus es promiſſionibus tuis. Et ſic intelligenda etiam deſcriptio JCti *in pr. Inſt. de obl.* quod obligatio ſit vinculum juris, quo neceſſitate adſtringimur rei alicujus ſolvendæ, Synonymicè illa exprimi-

primitur voce *officii, debiti*. venit etiam nomine *legis*. vid. *l. 1. §. 6. ff. depos. l. 25. ff. de verb. oblig. l. 25. ff. de reg. jur. cap. 85. de reg. juris in 6.* It. *juris*, conf. *l. 9. l. 11. ff. de J. & J. l. 27. ff. de evict.* vocabulis his laxè acceptis: nostris significat eine Schuldigkeit/ Pflicht/ Verbindung/ Obliegenheit.

§. 4. A Philosophis eadem describitur, quod sit *necessitas moralis praestandi aut patiendi id, ad quod quis tenetur. vid. laudat. Dn.* Velthem/ *in d. introd. pag. 129. §. 42. Necessitas* est, quia aliter quam lex obligationis vult, regulari nequit. *conf. l. 13. C. de contrah. emt. Moralis* & intrinseca, quia ex dictamine rectae rationis profluit & ipsam conscientiam adigit, non coactiva & externa, quae licet etiam sit obligatio, tamen naturalis ea tantum est, nec per se ullam inducit obligationem civilem, quia premit tantùm actus voluntatis imperatos, nunquam elicitos, quanquam homines interdum ad moralem necessitatem impellat vel eam exsequatur.

§. 5. Consideravi hactenus quid potestas & obligatio sit, jam ergo ad divisionem progredior, quae in genere est vel *Absoluta*, qualis est e. g. potestas Dei in homines & obligatio horum erga Deum: vel *Subordinata*, qualis est potestas & obligatio Domini & subditi mediati: vel *Perpetua* qualis est, v. g. potestas mariti & obligatio uxoris: vel *Temporaria*, quae definit existente scil. die, qualis erat, e. gr. Majestas Dictatorum apud Romanos. *vid. Dn.* Velthem/ *ad t. 1. c. 3. Grot. de jure B. & P. qu. 12.* vel *Dependens* quae fit sub aliqua conditione, quâ non adimpletâ vel etiam impletâ, cessat vel incipit potestas & obligatio: v. g. si hoc feceris ero tibi obligatus, vel si hoc non feceris ero tibi obligatus: vel *Cadens*, quae fit existente die, sic v. gr. debitor tenetur solvere creditori quando venit dies obligationis: vel *Renascens* quae praefinito tempore cessationis & reversionis v. gr. quod die Sabbathi nil operarum faciendum.

§. 6. Distingvitur porrò etiam aliàs potestas & obligatio, in *Coaevam* seu Connatam, quam subdividunt in obligationem pietatis & justitiae, quae utraque cum obligationis subjecto oritur, & in productam seu *adventitiam*, quae scil. fit ex voluntate. *Dn.* Velthem. *d. l. pag. m. 133. §. 43. &c.*

§. 7. Quod connatam attinet: Ductu humanæ naturæ, *sine ullâ præcedente conventione, obligamur omnes Deo*, creatori infinitæ potentiæ, sapientiæ & bonitatis, quicunque ratione humanâ utimur, motum Cœli cognoscimus, mundi partes spectamus, structuram ejus miramur & singulis nobis sustentationem præberi sufficientem, gaudemus. *conf. plur. doctiss. exam. elenc. de Atheismo speculativo D.* Wagners. Ad quænam autem Deo in specie obligemur, in his tota ferè occupata S. Scriptura est, quæ Christus, *Marc. 12. vers. 30.* in hoc Compendium redegit: *Dilige Deum Dominum tuum, ex totâ animâ, ex toto corde tuo & ex omnibus viribus tuis.* Et Deus absolutam, omnemque in nos habet potestatem, faciendi cum nobis, quæ placent. Individua huic erga Deum obligationi est hæc altera. *Marc. 12. vers. 31. I. Johann. 4. vers. 20. 21.* etiam nobis ingenita, qua *qualibet charitatis officia tenemur exhibere proximo:* cujus exempla suggerit *Cicero l. 1. de offic.* uti: si homo homini comiter viam monstret, patiatur ignem ab igne capere, subministret egeno necessaria, & quæ sunt alia ei qui accipit utilia, danti non molesta: Et ad hanc obligationem, licet homines non una ratio impellat, tamen alter alterum qui ipsi hæc officia denegat, præsuppositis etiam omnibus requisitis, (etiam quidem in casu necessitatis,) cogere præcisè nequit. *de quib. latius vid. Philosophos & Moralistas.*

§. 8. Vi adventitiæ obligationis, *præcedente* scil. *pacto*, tacito vel expresso, & libero ut plurimum consensu inito, adstringuntur homines *vel ad perfectè mutuam obligationem*, quando paciscentes scil. se invicem convenire possunt juxta tenorem pacti, si vel RespubLad sui status interesse promovendum, vel privati etiam mutuò convenerint; sive Princeps etiam cum extraneo contraxerit: *Vel inæqualiter*, quando scilic. *altera persona obligata alteri* insuper subdita, propter illius vel suam ipsius utilitatem, *obligationem aliquam*, cui persona subdita sine resistentia obsequi debet, nisi pœnam incurrere velit, *præscribit:* Quid autem sit pactum, quævé ejus natura &c. non operosè hic discutiam, memor, quod omnia agere debeam per compendia: sufficiat ergo monstrasse saltem primos pacti fontes: Hominem scil. habere imperium in suas actiones liberum. *Aristot. 3. Eth. 5.* agere per intellectum & vo-

& voluntatem. *vid. plur. Doctissimus Dn. Möring, adfinis meus honoratissimus in Colleg. Moral. M.S. p. 3. c. 2. qv. 7.* Voluntatem eligere tantum bonum cognitum qua tale. *Dn. Möring. d. l. p. 3. c. 4. qu. 1.* Intellectum cognoscere, svadere & movere voluntatem ad adpetendum vel eligendum aliquod Objectum. *Thomas de Aquin. 1. 2, qu. 9. art. 1. Amesius de cas. consc. l. 1. c. 7. rationem vid. apud Aristot. 3. Eth. 4.* Voluntatem cupita in actum deducere, imperando scil. & movendo facultates inferiores, adpetitum sensitivum & juxta eum potentiam loco-motivam & discursivam. *Vid. Stablius: in Ethic. lib. 1. Sect. 2. cap. 9.* Nec solâ hinc cogitatione hominem homini obligari. *Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 11. §. 11. Osiand. ad Grot. l. 2. c. 11. §. 2. 3. Magnificus Dn. D. Stryk. praeceptor quondam meus, perpetuò mihi devenerandus. disp. de jure cogit. c. 4. n. 5.* Semel placita esse servanda. *L. 1. ff. l. 7. C. de pact. l. 29. ff. locati vid. plur. Guilh. Grot. de princ. juris c. 15. §. 4.* licet ob metum facta, in primis si juramento confirmata. *Osiand. ad Grot. l. 2. c. 13. §. 14. &c.* Plura de pactorum materia legi possunt apud juris Gentium Scriptores: *Grotium de J. Belli & pacis L. 2. c. 11. 12. &c.* JCtos: *Matth. Cunonem. Borcholt, Vinnium* & alios.

CAPITIS II.

De

DOMINO TERRITORIALI AC EJUS SUBDITIS, HORUMQUE DESCRIPTIONE DIVISIONE &c.

MEMBRUM I.

DE

Domino Territorii.

§. I. For-

§. I.

Forma cum det esse rei, bene distingui & operari, hinc & mihi, quo clarius tradam omnia, de forma Imperii nostri moderna quædam prælibare animus est, ductu scil. Instr. Pacis, Capitul. Leopoldinæ & R. Imperii, tanquam basibus & fundamentis, quibus jam omnis innititur ferè Superioris potestas & inferioris obligatio, & sic brevitatis gratia incuriosus h. l. in perscrutandis & evolvendis præteritorum seculorum monumentis, de variis olim hujus reipubl. formis, multisque eorundem periodis. *Conf. Tacitus de mor. Germ. Dn. Myler ab* **Ehrenbach** *in archologia Principum. Dn. Conring. de Republ. Romano Germanica. Borgold. ad Instr. pacis. Sprengeri fontes juris publ.*

§ II. Duplex autem hodie conspicitur forma gubernandi Imperium Romano-Germanicum, quarum utraque diverso Reipubl. regimine instituta, peculiaribusque legibus adornata: una est totius Imperii universalis ex multis Rebusp. particularibus, quæ in unam hanc rempubl. communem à directione subalternarum distinctam, omnes conspirant, ab eaque respirant, composita in forma externa adhuc hodie ferè Majestatica, in forma interna verò ex Monarchia & Aristocratia temperata. Miranda quidem Mundo, quod inaudita hujus forma tam stabilis. *Thuanus l. 2. Histor.* ac tam optimè temperata: *vid. Dn. Scharfmid de præsent. Imperii periodo, sect. 2. Membr. 2.* non tamen demiranda, cum Germanorum Genio aptissima. *Vid.* **Eitel Friedrich von Herden/in der Grundfeste des heil. Römischen Reichs.** *& Dn. Scharfmid. de republ. monstr.* Altera, rerumpubl. subalternarum, scilic. est, ut plurimum ferè regia. *Burgold. ad Instr. pacis. p. 2. D. 5. §. 6.* vi cujus Status quilibet tantum potest in suo territorio, quantum Majestas in Imperio toto. *vid. plur. Magnificus Dn. Ludolf. Hugo de statu Region. Germ. Dn. Stryk. Disp. de motu proprio princip. cap. 1. num. 42.* quod non ita absolutè est intelligendum; nam & hæc semper etiam ad Cæsaream Majestatem, tanquam caput Imperii respectum habet. **Sie ist nicht gar absolut die Fürstliche Hoheit/ sondern hat auf Käyserl. Maj. und dem Reichs ihren unterthänigen** Respect, *uti ait Geneross.*

roff. Dn. à Seckendorff. *pag. 2. c. 2. §. 1.* des Teutschen Fürsten/Stats.

§. 3. Utriusque & universalis & subalternæ Reipubl. subjectum ita indivisibiliter in una persona concurrit, ut una sine altera esse nequeat, & hinc uni existenti statim conjuncta sit dignitas & potentia alterius, ita, ut qui Dominus territorialis sit, possit etiam esse Status Imperii, nec fiat hodie Status Imper. qui suos regere nequeat superioritate territoriali, Sie haben sich dann vorhero dazu mit Fürstl. und Gräfl. Reichsgütern genug qualificirt gemacht/ *vid. plur. art. 44. capit. Leopold.* Faciunt huc literæ de dat. Braunschweig. 15. Novembr. Anno 1654. ad S. Cæs. Majest. à Circulo Saxon. infer. missæ, ubi sequentia habentur verba: Haben Wir Uns aus denen Reichs Constitutionibus und herkommen erinnern müssen/ was gestalt derjenige so zum Reichs- insonderheit auch zum Creiß-Stande solle admittiret werden/ in demselben Kreyß mit Standtmäßigen unmittelbahren Reichs Lehn und Gütern/ auch gewissen Anschlägen solle gesessen und belegt seyn: uti refert *Excellentiss. Dn. D. Petrus Muller. P. P. in hac Acad. celeb. in Tract. de Conventib. Circulor. in S. R. Imp. cap. 2. num. 15.* Voto autem & sessione qui gaudent in Republ. communi, vigore *Art. 8. Instr. Pacis*, libero juris territorialis, tam in ecclesiasticis quam politicis, exercitio ita firmati stabilitique in suis ditionibus sunt, ut à nullo unquam, sub quocunque etiam prætextu, de facto turbari possint.

§. 4. Ex his, ut puto, satis apparet, duplex in uno subjecto respectus, ratione scilic. Imperii universalis, cujus coimperantes, & intuitu suorum subditorum, quorum omnes ferè Autocrateres & Domini sublimes: utriusque autem ut melius cognoscatur etiam essentia, separatim utriusque propius perlustrabimus eminentiam.

§. 5. Dominus territorialis, ut subjectum Majestatis per se indivisibilis totius Imperii, *de quo art. 8. §. gaudeant Instr. Pacis*, dicitur etiam Civis Imperii, *Dn. Conring. de Civibus Imperii Germ. §. 7. & Dn. Scharschmid. disquisit. de Republ. Monstrosa cap. 4.* dicitur etiam Status Imperii & membrum quoddam, ein Reichs-Standt und Glied. & describitur, quod sit *Persona*

illustris, qua ratione bonorum suorum sessionem & votum habet in Comitiis. vid. Lampad. de rep. Rom. Germ. p. 3. c. 3. §. 4. 5. *Persona illustris* est, quia vel Electorali, Ducali, Principali, Comitivâ similive splendet eminentia. Non autem quævis persona illustris Status est, *vid. plur. Limnaus Tom. 4. l. 1. cap. 7. num. 76.* uti sunt Principes Apanagiati. *Sprenger. lucerna juris publ. l. 2. c. 41.* Comites Landsassii, *vid. art. 44. capit. Leopold.* sed quæ ratione territorii votum & sessionem habet in Comitiis. *conf. Irenicus ad Burgold. p. 1. d. 18. §. 4.* Fert autem suffragium Status non consultativum sed decisivum, sie werden nicht als blosse Rähte zu den Reichstägen erfodert/um ein unverbindlich Gutachten in dieser oder jener Reichsangelegenheit zu geben/ sondern als principales und Mitinteressenten an dem statu & forma regiminis, und berahtschlagen also nicht allein / sondern beschliessen und verordnen auch. *art. 8. Instr. pac.* Eitel Fridrich von Heerden. *d. l. p. 1. cap. 1.* Immediata autem licet debeant esse bona Imperii ratione quorum fertur suffragium, *art. 44. Cap. Leop. & ibi monit.* non tamen obstaculum præbet juri Status, quando Princeps suas regiones mediatè ab imperio & immediatè ab alio Statu recognoscit, si subinfeudatio nil præter solennitatem cum spe successionis contineat, & ille præter Comitiorum jura Imperio adhuc contribuat, solita servitia præstet, fidelitatem juret, & cæteris Statuum juribus gaudeat. *Burgold. ad instr. pacis. p. 1. d. 29. §. 6.* Quale exemplum refert ex transactione Cadamica *Limnæus l. 5. l. ib. num. 4.* & aliud exemplum de Ducibus Lünæburg. est *in artic. 19.* des Hildesheimisch. Haubtre*cess. de anno 1643.* nec bona dicta immediata necessariò requiri feudalia arbitror, propter generalitatem textus. *artic. 44. Capitul. Leopold. & §. 196. R. J. de anno 1654.* verbis im Reiche gesessen / mit Reichsgütern versehn / *conf. Dn. Rhetius in comment ad jus feud. l. 1. tit. 1. verba: qui proprie Regni vel Regis num. 8. 9.* Non autem tantum volo eos intellectos Dominos territorii, qui actu ratione suorum bonorum Comitiis intersunt, sed & qui quidem habiles in se, ut intuitu regionum suarum ferant suffragium, ex accidenti verò & superveniente aliquo vel impediti vel ipsi non cupiunt interesse Comitiis. *confer Sprenger in lucerna*

juris

juris publici l. 2. cap. 44. & Irenicus ad Burgold. p. 3. d. 14. §. 4. ubi exempla.

§. 6. Hæc ergo dum adſero, ſatis liquet, quod Nobilibus immediatis dominium territoriale attribui nequeat, quia licet bona immediata habeant, maximisque gaudeant privilegiis, voto tamen carent. *vid. Dn. Rhetius, de jure circa ſacra. cap. 2. num. 16. 17. 18.*

§. 7. Reſpectu habito ad ſuos ſubditos, dicitur Dominus territorii etiam aliàs: Autocrater, Archon, ein Landes-Herr/eine hohe Landes-Obrigkeit/ & deſcribitur quod ſit *perſona illuſtris, quæ ſuos ſubditos regali ſuperioritate regit,* ſalvo tamen Imperii jure, legibusque & reverſalibus inter Principem & Subditos initis. Perſona illuſtris eſt, *ſuis* imperans ſubditis ad differentiam vice-regentium, qui, licet etiam ſæpius perſonæ illuſtres ſint, non tamen ſuis præſunt ſubditis, ſed principalis ſui ſubjectis: non autem hæc poteſtas eò ſe extendit, ut Princeps ſubditis aliquid contra Imperium tendens imperare queat: nec etiam beneficia legibus publicis conceſſa ipſis adimere poſſit, *vid. art. 5. Inſtr. Pacis.* vel quæ ab anteceſſoribus ſuis, vel olim à Cæſaribus ſibi quæſiverunt ſubditi: ſicut nec ea, quæ ipſe iis dedit, revocare poteſt. *Gail. de arreſt. c. 8. num. 12. Brunneman ad l. 33. & l. 35. C. de Epiſc. & Cleric. Carpzov. d. 87. Zaſius in comment. ff. de legib. num. 37. 38. 39. conf. Magnif. Dn. Bechmann. de obl. & prærogat. princ. cap. 1. ſect. 2.*

§. 8. Quod ad diviſionem attinet, ſi deſcriptiones præcedentes adplicentur individuis, facile patebunt ſubjecta ſuperioritatis territorialis: Quia autem propter illuſtrium officiorum prærogativam vel eminentioris dignitatis gradum, imperialibus feudis in prima collatione annexum, vel poſt ex Cæſarum conceſſione additum, ad heredes transmiſſorium, differunt, qui ex definitionibus cognoſci nequeunt: hinc ergo, majoris dilucidationis cauſa, addam etiam eminentiam Archontum perſonalem, quorum ſplendor in Comitiis Imperii ab anno 1489. usque hactenus duo illuſtravit Collegia. *Limnæus T. 4. l. 9. cap. 1. num. 132.* Alterum Sereniſſimorum Electorum præcellit fulgore, quorum officio-

rum origo fenfim cœpit, maximè vero interregno illo notabili poft Fridericum II. donec firmata per Auream Bullam Caroli IV. Alterum verò Archiducis, Epifcoporum, Ducum, Principum, Prælatorum, Abbatum, Abbatiffarum, Comitum ac Baronum, illuftriffima dignitate confpicuum; quorum fingulorum ortus *vid. Spener, Syllog. famil. illuftr. juris publici Script. & aliis &c.*

§. 9. Stiti hactenus Dominum territorii in fuo effe, producam jam ergo eundem in fieri, quomodo fcilicet fe habilem imperii ftatum faciat & dominium in fuos fubditos acquirat. Et quidem I. hodie quia Electoratus, Principatus, aut Comitatus transmittuntur. *Dn. Rhetius ad juris feud. l. 1. tit. 15.*; hinc (1.) ftatim fucceffores legitimi in jura defunctorum tranfeunt, & cum voto ac feffione jure territorii pollent, licet nondum de feudis imperii inveftiti. *vid. plur. Dn. Rhetius in comment. ad jus feud. l. 1. tit. 1. verba: qui propriè regni. num. 10. 11. Limnaeus T. 3. & 4. l. 9. cap. 1. num. 52.* quod & jure feudali communi receptum, ut filius Vafallus ante inveftituræ petitionem, actus jurium, vi feudi competentium, exercere poffit, *Rumelinus ad A. B. p. 1. d. 7. corol. 2.* Vel (2.) propter fucceffionem ex confvetudine vel pacto, (de quibus *conf. 1. feud. 1. §. 3. & Dn. Rhetius ad h. l. Dn. Stryk. exam. juris feud. c. 15. qu. 11.*) etiam fœminæ Illuftres Imperialium feudorum fiunt Archontes. *vid. Mylerus de ftatibus imperii p. 1. c. 24. Sprenger. opufc. jurispr. cap. 6. pag. 386. quale exemplum de Comitibus de* Steinfurt/ *refert* Spangenberg/ *l. 10. cap. 15.* des Adel-Spiegels. Succeffione (3.) etiam fingulari Princeps fit dominus territorii feudi alienabilis. *arg. 2. feud. 48. quale exemplum de Archiducibus Auftriæ habet Limnaeus L. 5. cap. 2. n. 31.* Etiam (4.) ex fucceffione allodiali nancifcitur hæres fuperioritatem & jura ftatuum, fi defunctus propter bona his gavifus, *vid. cafum apud Limnaeum T. 4. l. 6. cap. 7. pag. m. 565. vid. etiam Dn. Scoppius tract. de allod.* Porro (5.) ex privilegio quoque, acquirent in fpecie conceffo, omnia conceduntur Domino territorii jura, titulo vel univerfali vel fingulari. *quale exemplum c. 10. A. B. vid. Limnaeus l. 5. cap. 2. num. 31.* Nec minus (6.) ex pactis confraternitatis. (*vid. artic. 6. capitulat. Leopold.*) legitimè confirmatis,

matis, succedit confrater in alterius jura etiam territorialia, *uti in terminis vid. apud Myler ab* Ehrenbach/ *d. stat. part. 1. cap. 25. Burgold. in notit. Imper. part. 1. d. 20. §. 17.* Præterea (7.) vi expectantiarum à Cæsare olim concessarum, hodieque & in futurum, si de censensu Imperii datæ ab Imperatore, *art. 30. capit. Leopold. ibique monit. princip.* in superioritatem etiam transit princeps feudo aperto. *quale exemplum subministravit Limnaus T. 4. l. 5. c. 7. p. 826.*

§. 10. Debet autem Dominus territorii consuetam à Cæsarea Majestate investituram vel ejus renovationem petere, *arg. art. 31. capit. Leopold. conf. Mylerus de stat. par. 3. c. 91. § 3. &c.* quæ investitura hodie fit per gladium. *Arumnaus ad A. B. tit. 29.* & quidem Principatuum coram Imperatore ipso; Comitatuum verò coram judicio aulico. *Magnif. Dn. Lyncker. de commiss. imp. §. 10.* & hæc investitura adhuc de Reservatis solius Imperatoris est. *vid.* Regiments. O. *§. 4. Dn. Scharsmid. Syst. Jpr. c. 38. m. 1. §. 2.* Nam certum est, quod ab universitate talis actus sine opera hominis fieri nequeat, hinc investit ille & recipit solitũ fidelitatis juramentum, qui imperio præest, & cui summa rerum commissa: forma igitur imperii cum adhuc hodie quoad externa videatur Monarchica, hinc & ipsi Cæsari relinquenda investitura. *A. B. c. 5. ord. reg. de anno 1521. §. 4.* Nec tamen hæc investitura est nuda quædam solennitas, sed cum novus investitur vasallus, in eum transfertur feudum, &, si status negligerent hanc investituram consvetam, non putarem, ut aliàs, ipsis manere liberam sessionem & votum in Comitiis. *confer. plur. M. ab* Ehrenbach/ *d. l. cap. 91. §. 12. &c.* nec certe tam Serenissimi Principes has cum Cæsare agerent ceremonias, eique tali se, ut solent, obstringerent homagio, nec etiam potestatem alienandi suas regiones vel extra imperium vel in imperio, sibi adimi paterentur. (*vid. art. 8. 12. & 30. d. capit. M. ab* Ehrenbach/ *d. l. p. 4. c. 102. §. 5. 6. 7.*) si non ipsis cognitum, se sua habere bona ab Imperio: sed nec Principes vasalli soli Cæsari & Imperio jurant, verùm etiam illi, (hodie tamen rarissimi,) qui jure allodii sua territoria recognoscunt ab imperio, personale præstant juramentum, & jurium & regalium petunt confirmationem, *§. 5. capit. Leop. Reinking. de regim. secul. & eccl. l. 1. c. 4. §. 16. num.*

16. num. 38. &c. in eo tamen ampliori pollent dispositione, quod feuda imperii in casum deficientis sobolis & agnatorum, vel etiam aliquando cognatorum, statim aperiantur Imperio, allodialia vero bona demum si planè non extent heredes.

§. 11. Porrò etiam II. Dominus illustri dignitate condecoratus si à Cæsare præstitis præstandis, consensu Electorum & ejus collegii in quod recipiendus, ad sessionem & votum admittitur (*vid. plur. art. 44. Capit. Leopold. §. 197. R. J. de anno 1654.*) præcedente scil. investitura & homagiali obligatione, fit dominus, avtocratica potestate suos regere valens, & idem procedit in Principe de feudo aperto cum consensu Imperii investitus & ad Comitia admissus.

§. 12. Soli Status Ecclesiastici III. nanciscuntur dominium territorii, quando à Capitularibus, aut qui aliàs cum his concurrunt, canonicè, (ut plurimum hodie per scrutinium *Borgold. p. 1. d. 20. §. 4.*) electi, vel dispensante Pontifice postulati *vid. Conring. de constitut. Episc. §. 66.* aut quoque lege imperii dispensante, vel, etiam à Pontifice designati in Archiepiscopum, Abbatem aut Prælatum. *artic. 5. §. in omnibus Archiepisc. §. postulati.* Brautlacht/ *Epit. jurispubl. l. 2. c. 2. & Instit. juris. canon. l. 2. tit. 5. 6.* Et talis ex observantia Imperii post electionem interesse Comitiis potest, licet nondum à Cæsare investitus de principatu vel à Pontifice confirmatus & consecratus. *quo tendit subscriptio:* erwehlter zum Erzbischoff. *R. J. de anno 1555. 1556. 1559. 1564. 1566. 1567. 1570. 1571. 1576. 1582. & Dn. Rhetius in comment. ad jus feud. l. 1. tit. 14. verba: vel alia regali. num. 10. 11.* Debent autem hodie intra tempus legitimum, *argumento §. postulati artic. 5. Instr. Pac.* à Cæsare, ut Principes de principatu ejusque jure territoriali, petere confirmationem. *Dn. Rhetius. dict. comm. l. 1. tit. 14. p. m. 410. conf. Reinking. de Reg. secul. & eccles. 1. class. 4. cap. 9.* & quia hodie in regionibus Pontificiæ religionis Papæ jus circa sacra vi concordatorum de anno 1448. attribuitur, hinc intra tres menses confirmationem, *cap. 6. x. de Elect. in 6.* & intra 6. menses consecrationem, *cap. 2. dist. 75.* & insuper dignitatis Archiepiscopalis pallium petere debent. *Burgold. p. 2. d. 11.* quæ tamen confirmatio & consecratio Augustanæ Confessionis Episcopos

non

non gravat, sed ipsi à Cæsare, postquam intra annum postulationis suæ fidem fecerunt & juramenta regalibus feudis consveta præstiterunt, absque ulla exceptione investiuntur. *art. 5. Instr. Pac.*

§. 13. Tandem IV. qui immemoriali tempore, ratione sui territorii suffragium tulit in Comitiis, & actus juris territorii in suos exercuit subditos, nec vi, nec clàm, nec precario, manet etiam Dominus territorii. *Reinking. d. l. cl. 4. c. 2. n. 24. usque 29. Myler. d. l. p. 2. c. 9. §. 4.*

§. 14. His modis qui superioritatem consecutus, in dubio Avtocrater suorum subditorum est; sed ubi hæ deficiunt probationes, in dubio unde ille præsumatur Archon, indicia præcipua subjungam. Præsumitur autem in dubio Dominus Territorii, quicunque matriculæ imperii inscriptus, de territorio contribuit. *Reinking d. l. l. 1. cl. 4. cap. 1. num. 5. usque ad 23. M. ab* Ehrenbach/ *d. l. p. 4. cap. 103. §. 4. 5.* vel etiam alias collectas communes Imperio contribuit. *§. 26. R. J. de anno 1548.* qui titulo etiam *Nos Dei gratiâ* utitur. *Mylerus p. 1. cap. 30. §. 7. 10.* coram Camera Imperiali activè & passivè forum sortitur. *Gail. l. 1. obs. 1.* ad conventus Circulares comparet. *Myler. d. l. p. 4. c. 103.* vel sententiâ dominus territorii declaratus. *Limnæus T. 5. l. 4. c. 7. p. m. 292.* quas & similes præsumtiones, qui pro se habet, creditur Dominus Territorii, donec alter probet contrarium; *arg. l. ult. ff. quod met. caus. l. ab ea parte. 5. ff. de probat.*

§. 15. A Jure Austregarum ad dominium territoriale & superioritatem num liceat argumentari, quæstio est in utramque partem disputabilis. Puto tamen negandam esse eam. Hoc beneficium namque competit solùm ratione immedietatis, qvum indignum fuerit visum immediatos imperii subditos deterioris esse conditionis mediatis, atque unicam tantùm instantiam, coram supremo Cameræ judicio, habere, cùm pluribus gaudeant mediati: Sicque id competit non tàm ratione rei, quàm personæ, nec territorio sed personæ cohæret. Hinc pertinet id ad nonnullos, qui tamen Status non sunt & Superiores, v. g. Nobiles immediatos: *Vid. late Ord. Cam. p. 2. tit. 2. Reink. L. 2. Cl. 2. c. 16. num. 12. seqq. Mindan. 1. de Processib. c. 19. n. ult. Autor Comitiolog. Ratisb. part. 5. pag. 409.*

M sm-

MEMBRUM II.

DE

SUBDITIS.

§. I.

Subditi, nostris **Unterthanen/ Landsassen / Untersassen rc.** describuntur, quod sint ***homines territorii Domino ad omnia obligati, nisi in quantum exemti***; quam descriptionem declarat communis ferè homagii formula: **Sie wollen ihren Landes-Herren/ unterthänig/ treu/ hold/ gehorsahm und gewärtig seyn/ dessen Ehre/ Nutz und Fromen betrachten und befodern nach allen ihren Vermögen.** ***vid. Gail. de Arrest. c. 7. n. 10. conf. prace. membr. §. 7.*** Ad ***omnia*** quia Domino obligati, ***v. Naurabt in hypoth. sub d. §. 3.*** hinc differunt à Vasallis, qui Domino suo sine onere subjectionis, ad fidelitatem tantùm, ob rem, tenentur. ***Magnif. Dn. Struvius Synt feud. c. 8. §. 6. num. 9. & cap. 9. §. 2. num. 2.*** quanquam hodie in plurimis ferè locis, in territoriis feuda possidentes, ibique degentes vasalli esse nequeant, nisi simul etiam sint subditi. ***Gail. d. l. cap. 7. num. 8.*** ***Exemti*** autem sunt ab obligatione, quando dominus territorii contra Cæsarem & Imperium aliquid molitur, quod omnium maximè constat, quando Dominus ipsorum in Comitiis condemnatus. ***vid. artic. 3. Capitul. Leopold.*** & subjectos ipsos Cæsar à juramento absolvit; quia subditus domini territorii est etiam subditus imperii. ***vid. R. J. 1654. §. 6.*** gaudent etiam subditi nonnulli privilegiis quibusdam & juribus ab antecessoribus vel etiam Cæsaribus olim ipsis concessis, vel quibus ipsi immemoriali tempore hactenus usi, propter quæ subjectionis debita quædam non præstant.

§. 2. Distingvuntur Subditi ad analogiam communis imperii, moribus ferè totius Germaniæ, in Status provinciales, **in Landstände/ welche mit auf Landtäge ziehen und was zu des gemeinen Landes Besten dienet** deliberiren/ seu qui ratione suorum bonorum sessionem & votum in diætis provincialibus

alibus habent, utplurimùm consultativum. *Dn. Fritsch. manual. jur. publ. voce: conventus provincial.* non tamen indistinctè, nam interdum res statum concernentes vi reversalium necessariò communicantur. *conf. plur. Dn. à* Seckendorff/ *p. 2. cap. 4. §. 6. 7. &c. Myler. p. 2. c. 45. §. 6.* Et subditos meros, qui conventibus illis non intersunt.

§. 3. Subdividuntur illi, Status Provinciales scilicet, ratione diversorum Collegiorum, in Prælatos, Nobiles, & Civitates. *Burgold. p. 1. D. 23, §. 34.* quanquam interdum etiam in quibusdam regionibus, ubi simul Principes vel Comites Landsassii sunt, pro consvetudine adhuc vel superius aliquod, vel secundum etiam scamnum constituere soleant, ut ibi in universum sic quatuor sint scamna: Der Fürsten und Herren/ der Prälaten / der Ritterschafft/der Landstädte: quintum in solâ Ostfrisiâ faciunt rustici. Primū in tali curia provinciali occupant prædictæ personæ illustres, subditæ & ratione personæ & rei simul; *R. J. 1548.* vel ratione rerum tantùm, quas a Domino territorii recognoscunt, qui scil. alibi, ubi degunt, etiam bona territorialia habent. vid. *Dn. Rhetius de subditis immed. c. 4. §. 5. & in comment. ad l. 1. juris feud.* quanquam hæc distinctio non ubique observetur. Alterum locum capiunt Prælati & Abbates Landsassii, Episcopi etiam subditi, præpositi Collegiorum & monasteriorum ratione bonorum quæ sub Principe habent *Dn. à* Seckendorff/ *p. 1. c. 4. §. 2.* huic etiam collegio intersunt Abbatissæ ex consvetudine vel privilegio, per suos deputatos. *Dn. Rhetius de subd. immed. c. 4. §. 5.* etiam Commendatores Landsassii. *Dn. Fritsch. Manual. juris publ. voce: Commenda.* Comparent etiam in hoc scamno Academiæ nonnullæ, propter bona & ditiones quas possident. *Dn. à* Seckendorff / *p. 1. c. 4. §. 3.* etiam Abbates & Prælati protestantis religionis, *Burgold. p. 1. D. 23. §. 4.* etiam qui bonis ecclesiasticis vel secularisatis vel etiam in alios pios usus conversis præsunt, in hoc conclavi conveniunt. *vid. Dn. à* Seckendorff / *part. 1. cap. 4. §. 3.* pro more ac consvetudine cujusque Regionis & Ducatûs, quam in talibus diætis strictè sequi Status, experientia testatur. *Add. Dn. Fritschius tr. de Conventib. Provincial.* Post hos separati sedent

 Nobi-

Nobiles, qui in genere distincti in Vasallos Landsassios, die Ritterschafft qui scilicet bona equestria Rittergüter / cum onere subjectionis possident, & meros Landsassios den Land-Adel / qui scilicet gaudent liberis bonis allodialibus, die Adelich Freye Güter haben / ex præscriptione vel speciali privilegio. Et in horum scamno sedent etiam, qui talia bona habent, ratione quorum visitantur hi conventus, licet non sint nobiles, quanquam consvetudo in quibusdam ditionibus hos à curiâ excludat: Ultimum communiter curiæ locum tenent Civitates municipales, quæ vel majoris vel minoris sunt sortis. vid. *Burgold. D. 23. §. 4.*

§. 4. Qui non sunt Status Provinciales vel præstantioris conditionis, vel mediæ sortis, vel sequioris sunt. Primi generis subditi, tales esse censentur vel ratione suæ personæ vel rei; illius generis sunt Literati, Doctores, Licentiati, Magistri, Sacerdotes, Advocati, Patricii so von ehrlichen Geschlechtern und ihren Zinsen und Renten leben. *Reinking. l. 1. cl. 5. c. 11. num. 52. Manl. de subd. §. 17. 18. 19.* hujus generis sunt, Burgmanni, Burgsassii subditi, qui non intersunt diætis provincialibus, quales in Gvestphaliâ passim, qui etiam hodie interdum bona sua burgensia jure allodiali tenent, an ex præscriptione, an verò ex primâ domini concessione, incertum. Rosenthal *de feud. c. 2. concl. 78.* & huc etiam referuntur qui ædes privilegiatas inhabitant. Mediæ sortis sunt Mercatores & negotiatores, die Handels- Kauff- und Gewerbes-Leute: sequioris vero status artifices, rustici, it. & homines proprii, de quibus *vid. Mevius* vom Zustande und Abfolge der Bauers-leute / *qu. 1. n. 14. 16.*

§. 5. Sufficiant hæc de ipsis dixisse subditis, jam ergo, quo modo ipsi se subjiciant & unde in dubio cognoscantur, consequenter ut inquiramus, res postulat. Subjiciuntur autem ei in terris Ecclesiæ, quem primates ritè elegerunt aut postularunt, aut quem Pontifex, si vacantia in mensibus papalibus obtigit, designavit, in terris vero secularium, qui legitimus successor, vel qui de territorio à Cæsare investitus, & de consensu Imperii in Statuum numerum admissus, *de quib. plur. supra dicta.* *Tacitè* fit etiam subditus quicunque allodialia titulo vel universali vel singulari sibi ad-

adquirit, quæ scil. cum onere subjectionis ad successorem transeunt, sic etiam tacitè se subjicit, qui de feudis jure Landsassiatus adfectis investitur. *Gail. de arrest. c. 7. n. 8.* vel civis, quando adquirit jus civitatis; rusticus, quando dat arrham subjectionis, wenn er die/dem Landesherren zugehörige Bauergüter beweinkauft. Sic etiam uxor nubendo subjicitur Domino, cui maritus subest. *arg. l. 38. ff. ad municip.* vel maritus etiam, quando uxorem sequitur, wann er sich zum Weibe einfreyet/ illum Dominum suum agnoscit, cui uxor subdita; nativitate etiam liberi fiunt subditi ejus Domini cujus fuit parens, *arg. l. 1. §. 2. l. 6. §. 1. ff. ad municip.* nisi aliud dispositum: *d. l. 1. §. 2.* tacite etiam fit subditus, qui tempore immemoriali se eximere Imperio passus fuit ab alio Domino territorii, der sich von einem andern Reichsstande vertreten läst. *R. J. 1548. §. 56. Myler. p. 4. c. 100. §. 4.*

§. 6. Expressâ receptione fiunt subditi ejus Status Imperii, cui se submittunt & homagium præstant. *Myler. p. 2. c. 38. §. 2. Gail. de arrest. c. 6. n. 10. Mascard. de probat. vol. 3. C. 1397. num. 26.* sed quia multi jam solent habere suos dominos, in quorum præjudicium cum nil stipulari possint; hinc receptum in Imperio, ad præcavendas lites, ut non prius acceptentur subditi, quam exhibuerint suas literas dimissoriales, ehe sie ihren Freybrief aufgewiesen/ daß sie niemand laß und eigen seyn / auch sonst keinen nachjagenden Herren haben. Non autem regular. & propriè fit subditus qui se in protectionem & clientelam alicujus dat, sed protectori inæquali fœdere jungitur. *arg. l. 7. ff. de captiv. & postl. Gail. 2. obs. 54. Maul. de Homag. tit. 11. n. 10.*

§. 7. In dubio subditus præsumitur qui ea hactenus egit, nec vi, nec precariò, ad quæ cæteri obligabantur; uti qui semper cum cæteris ad diætas provinciales comparuit, consiliis ut membrum hujus collegii interfuit, *Dn. Fritsch. de Conv. Provinc. §. 4. Knichen. de superior. territ. c. 3. n. 169. Gail. de arrest. c. 7. n. 14.* Principis mandatis, rescriptis, inhibitionibusve hactenus obsecutus sub modo se subjiciendi. *Reinking. d. l. 1. cl. 5. c. 4. n. 112. &c.* si se ab alio citari passus, litem coram eo contestatus, ad eum immediate adpellavit. *Gail. d. c. 7. n. 14. Reinking. d. c. 4. n. 101. &c.* nisi ibi forum speciali ratione sortitus, puta ex contractu, delicto, causæ

 con-

continentia, interventione, prorogatione, compromiſſo. Cui territorio Dominus præficit Magiſtratus, illius etiam Avtocrater præſumitur. *Reinking. d. c. 4. num. 103. &c.* Subjectionis etiam ſignum eſſe videtur, quando aliqua regio vel civitas adhabitantis Domini inſignia ſuis portis, curiis, cæterisque publicis locis adfixa tenet. *arg. l. 14. §. 1. ff. de peric. & comm. l. 27. §. 2. ff. ad L. Corn. de falſ. Michaëlis. de Caſ. Maj. jurisd. §. 52. C.* probatur quoque ſubjectio teſtibus, quod ſcil. hic homo ſe ſubjecerit: quod res ab antiquo ſemper cum onere ſubjectionis recognita. *Maſcard. d. l. c. 947. & c. 1397. n. 6. 7.* à jure etiam aperturæ, intradæ, conducendi. *Gail. 2. obſ. 64. Reinking. d. c. 4. n. 213.* Luſtrationis & ſequelæ; Reiß/Folge/Muſterung und Auffoderung. *Reinking. d. c. 4. n. 107. 108. Weſenb. conſ. 2. n. 78. Limnæus l. 5. c. 6. num. 12.* à conceſſione privilegiorum; *Reinking. l. 2. c. 8. cl. 2. n. 24. 25.* à relatione cataſtrorum; *Maſcard. c. 207. n. 1. 2.* Matricularum; *Gail. 1. obſ. 21. n. 4.* Chronicorum; *Maſcard. c. 287.* Inſtrumentorum antiquorum. *Huſan. de propr. hom. c. 5. n. 1.* archivorum & librorum provincialium; *Knichen. d. l. c. 3. n. 261.* à ſolutione indictorum tributorum & collectarum; *Gail. de arreſt. c. 7. n. 17. Reinking. c. 4. num. 167. &c. vid. tamen Dn. Becman. med. pol. diſſ. 20. §. 1. & Weſenb. conſ. 27. n. 20. &c.* probabilis ſit illatio ad ipſam ſubjectionem, niſi propter ſolam rem v. g. agrum, ſolutum ſit tributum & collecta: Ita qui in Principis territorio eſt, præſumitur etiam eſſe de territorio. *Beſold. jur. publ. p. 3. c. 6.* quamvis tamen in ſe diſtincta ſint, eſſe in territorio ſitam, v. g. civitatem, & eſſe de territorio. Præſumitur etiam adhuc eſſe ſubditus, qui olim fuit ſubjectus. *Maſcard. C. 1339. C. 1082.* Non autem ſubjectionem præcisè inducunt operæ ruſticorum die Frondienſte/ nec proprietas etiam hominum. *Mindan. de Mandat. l. 2. c. 4. n. 5. 6.* Nec titulus ille & prædicatum gnädigſter Landes-Herr/Landes-Fürſt omnem præſumtionem excludit. Ex jure etiam precum communium, quæ fiunt à ſacerdotibus e. g. Laß dir auch in deinen Göttlichen Schutz befohlen ſeyn/ abſonderlich Herren N. Fürſten (Grafen) zu N. unſern gnädigen Landes-Herrn/ colligitur in dubio ſubjectio.

§. 8. Hæ autem & aliæ probationes & præſumtiones non

ſunt

sunt tanti, ut nec per alias probationes graviores elidi possint; nam sanè hoc in passu pacta multum operantur: potestque etiam Princeps aliquis Imperii in alterius territorio jura quædam & regalia exercere jure servitutis, *vid. Generosiss. Dn. Baro à* Frisen *de jure Princip. extra territ.* Optima & indubitata autem probatio, ut ex supr. dictis constat, est illa, quâ quis probat ex Jure Comitiorum ratione alicujus territorii, & quoniam quis est Status Imperii, se esse superiorem: certum enim est, neminem esse Statum nisi habeat simul Jus superioritatis, hocque jus esse proprium & essentiale consecutivum Status Imperii. *Magnif. Dn. Strauch. Dissert. Exoteric. IV. th. 22.* nec ineleganter dixit non nemo, habere se ad invicem duo illa Jura instar relatorum, ita ut positâ vel negatâ qualitate Statûs, ponetur vel negetur Jus territoriale, & vice versa. *Conf. Lamp. p. 3. c. 3. §. 13. seqq.*

CAPUT III.

De

POTESTATE DOMINI TERRITORII,

ET

RELATIVA SUBDITORUM OBLIGATIONE, QUOT MODIS SE UTRAQUE DIFFUNDAT IN OBJECTA,

DIVISIVE.

§. I.

SIc hactenus superioritatem territorii & inferiorum obligationem, quoad quosdam generales conceptus, in quantum compendium hoc admisit, tradidi; Objectum verò potesta-

tis Avtocrateris & subditorum obligationis, in quænam scil. se Domini imperium diffundat, & ad quid subditi sint adstricti, nunc perscrutor. Notum autem est ex Philosophorum Scholâ, quod totuplex sit rei divisio, quotuplex est relatio objecti ad finem. *vid. plur. Dn. Möring. dilectissimus meus adfinis, Logicâ fundam. præcogn. l. 1. §. 13.* & verò, finis Reip. obtineri nequeat, nisi omnia, quæ in ipsa sunt, congruant: cuncta autem, quæ in Rep. sunt & ad finem ejusdem faciunt, vel sunt in ipso homine, ut facultas animæ, facultas ingenii & actiones civiles, ut & facultates corporis; vel propter hominem & in ejus utilitatem à Deo creata, quæ rerû nomine veniunt. Hæc igitur omnia sunt, quæ universim & singulatim sub Archontis posita dispositione, ab eoque normam agendi & exequendi imperium quodammodo accipiunt.

§. 2. Animam, nobilissimam hominis partem, immortalem scimus. *Eccl. 2. v. 7. Matth. 10. v. 28.* caducum verò quia corpus, hinc animam discedentem in aliam transire vitam, æternam scil. ubi, si in verâ fide transiit, perpetuis fruitura gaudiis, vel, si finalis fuit incredulitas, æternis adfligenda pœnis, fatemur. Optima autem cum optet anima, & verò sola fide in Deum politevma cœli nanciscamur. *1. Petr. 1. v. 9.* hinc facultati animæ, quod ad præsens attinet, solum Dei cultum adsigno; in hunc & circa hunc itaque quid possit Avtocrater, ne aut in excessu vel defectu peccetur, & quousque obsequi debeant subditi, *Cap. V.* tradam.

§. 3. Non tamen homo solùm ad colendum Deum obstrictus, sed & ut alteri debita officia præstet, decet, & in his occupata facultas ingenii & quidem vel erga Superiorem, ut eum non solùm debitè honoret & in omnibus optimè de illo sentiat, sed & cunctas actiones Domini judicio submittat & in ejus commodum dirigat; vel erga alterum, qui simul cum eo subditus, ne eum lædat, gravet aut decipiat, *de quibus cap. VI.*

§. 4. Facultatum corporis nomine venit omne id, quod manu aut aliis organicis perficitur operis, in has ergo quid liceat Principi & ratione ipsarum facultatum quid debeant subditi, ut sc. Domino adsistant, serviant, nec in ipsius vel Reip. interitum quid

ma-

machinentur, nec lædant cæteros eosque damno adficiant, videbimus *cap. VII.*

§. 5. Rerum nomine venit non tantum id, quod privatus in patrimonio suo habet, sed & res domanii, universitatis, communes, bona vacantia & quæ sunt alia, ex quibus commodum sperari potest, item quod Deo consecratum, quod Ecclesiis dicatum: quomodo super his itaque subditus disponere possit, & quid in ea Domino liceat, ordinariè & in casu necessitatis, vi scil. dominii eminentis, docebitur. *Cap. IIX.*

§. 6. Non autem solùm obligantur Archonti aliquid præcipienti subditi, sed & illis quos Dominus talis, ut Magistratus, redituum receptores, duces aut alios officiarios, suis subjectis præposuit, quia & per hos, ut Vicarios, imperat. Princeps *vid. 1. Petr. 2. v. 14.* Cæterùm; quoniam non tantum receptus Dominus subditis debita præcipit, sed & recipiendus certo modo hac pollet potestate, & in primis eâ, quæ ad recipiendum ipsum facit: hinc quænam & qualia sint ea, præmittere, methodi præsentis ratio postulat, idque brevissimis *Cap. seq. IV.*

CAPUT IV.

De
POTESTATE DOMINI TERRITORII, ET RELATIVA SUBDITORUM OBLIGATIONE, QUOAD RECEPTIONEM.

§. 1.

§. 1.

Dixi supra, quod legitimus Domini territorii successor dum quis est, eo ipso fiat etiam Dominus ipsorum, qui sunt de territorio, cujus ille factus heres. Hinc ergo ut Dominus territorii homagium ab omnibus exigere potest subditis. *Myler. d. l. p. 2. c. 38. §. 1. 3. Leiser. de juram. fidel. subd. §. 45. & seqq.* & hoc etiam ab omnibus præstandum. *Gail. 2. obs. 35. Maul. de homag. tit. 1. n. 4. Exc. Dn. Uffelman. de homag. §. 29. usq. ad 37.* quia subditi tenentur ad omnia, quæ ad finem Reip. obtinendum faciunt: jam verò quò firmius obligati, eò promtiores ad obsequia præstanda erunt, & quò porrò diligentius expediuntur Mandata Archontis, eò citius obtinetur finis, quem superior intendit & subditi volunt: nisi in specie illis hoc remissum sit, uti interdum solet personis Ecclesiasticis. *Leiser. d. l. §. 34. Reinking. de regim. secul. & eccles. l. 1. c. 5. c. 4. n. 42.* vel præscriptione ab ejus præstatione libertatem acquisierint, *Maul. d. tit. 1. n. 7.* ad quod tamen nonnulli immemorialis temporis præscriptionem requirunt. *Menoch. cons. 748. n. 28. & seq.* à quo quodammodo dissentit *Natta cons. 518. conf. Klock. 1. cons. 14. n. 96.*

§. 2. Præstatur homagium juxta formam solitam. *arg. eorum quæ art. 10. 11. & 13. Instr. Pac. habentur,* nec à Principe in damnum subditorum mutari potest. *Maul. d. tit. 1. num. 18.* & quidem regulariter solis actu regentibus; *Reinking. d. l. c. 4. n. 40.* Primogenito, ubi jus primogenituræ viget; omnibus, ubi conjunctim imperant; ubi verò territoria divisa, ei, cui pars ista obvenit. Ritter *de homag. §. 98.* Kühn. *de juram. tit. 2. §. 4.* præstatur hoc etiam juramentum fœminæ in Principatum succedenti, & cui ea rursus nubit: *vid. Nucleus Resp. Camer. Resp. 14.* pro more regionum præstatur etiam Tutoribus futuri Domini territorii. Ritter *d. l. §. 98.* quanquam id differatur etiam in multis locis, usque dum ipse Dominus major factus. *Uffelman. d. l. §. 37.* Et potest futurus imperans hoc per Commissarios exigere. Kühn *d. l. §. 4.* id quod etiam hîc Jenæ nuper factum, cùm homagium solenni ritu præstaretur Serenissimo Duci Saxoniæ, Dn. Johanni Ernesto &c. ceu Tutori Serenissimi Dn. Johannis Wilhelmi Ducis

Saxo-

Saxoniæ &c. vi mandati stipulantes manus subditorum recipiente Dn. Præside à Pruefchenck. Dum autem solis *actu regentibus* homagium hoc, purum scil. & præsentaneam subditorum obligationem post se trahens, præstari adsero, nil novi esse scio, etiam in eventum futuræ mortis sine prole masculâ proximis agnatis, & his deficientibus remotioribus, aut etiam confraternitate junctis, præstari homagium, ut patet ex formulâ homagii Serenissi. Saxoniæ Ducibus præstari consvetâ sequenti. P. P. Da aber hochgedacht. Sr. Fürstl. Durchl. nach dem Willen Gottes mit Todte abgehen solten/welches doch Gott gnädig verhüten wolle/ alsdann an dero Herren Vettern die auch Durchl. Fürsten und Herrn/ Herren N. N. auch dero männliche Leibes-Lehns-Erben &c. nach dero Abgang aber an die Durchl. Fürsten und Herren N. N. &c. und dero Fürstl. Leibes-Lehns-Erben/ und da auch dieses Haus Gott überverhoffen gäntzlich abgehen lassen wolte/alsdann an die löbl. Chur- und Fürstl. Häuser Sachsen uñ Hessen/auch dero männliche Leibes-Lehns-Erben/als Eu. Landes-Fürsten und Erb-Herrn/ nach Ausweisung ihrer Chur- und Fürstl. Durchl. und dero Hochlöbl. Vorfahren mit einander aufgerichteter wolhergebrachteter Erbverbrüderung / darüber vollzogener Verträge und insonderheit Ihr: Keyserl. Maj. erfolgter Belehnung; Ihr euch &c. Præterea etiam uxori Principis, ratione futuri dotalitii à subditis futuris, eventuale juramentum, exigentibus id pactis dotalibus, præstari, experientia testatur.

§. 3. Præstatur hoc, vel simul à toto populo, vel à Capitulo, Ordine Equestri & reliquis Statibus ac subditis separatim, pro more regionis. **Röhn** *d. l. §. 6.* **Ritter.** *d. l. §. 115. 125.* erectis digitis, præviâque stipulatâ manu, vel saltem erectis digitis tantùm, aut solâ stipulatione. *vid. Burgeld. p. 3. D. 14. §. 3.* In dubio autem solenne juramentum præstandum. *Maul. d. l. §. 21.* & quidem à personâ subdita ipsâ, nisi sit ea illustris, quæ per Substitutum, (communiter personam nobilem,) jurat. *Dn. Rhetius in comment. jur. feud. ad l. 1. tit. 1. §. 5. verba: illud verò. n. 14. 15. 16.* vel si forenses sint, qui scil. sub alterius territorio vivunt & sub hoc tantum bona habent; hi enim regulariter non jurant, nisi aliud consvetudine receptum. *Maul. d. l. n. 16.* **Rosenthal** *de feud. c. 6. concl. 85. n. 8.*

n. 8. nam hi ſubditi propriè non ſunt qui ſolùm bona in loco quodam poſſident *B. Dn. Richter. vol. 1. part. 1. Conſ. 47. n. 7. & 8.* Dicuntur autem tales minùs propriè, ob res. *Rimmald. 1. Conſ. 10. n. 21.* & ſic ſolùm ſecundum quid. *Burſat. 1. Conſ. 16. n. 3. latè Klock. 1. Conſ. 17.*

§. 4. Juramentum hoc ſubjectionis, ſi ipſe Dominus in perſonâ recipit, præcedere ſolet pro more cujusq; regionis ſolennis introductio. *Brautlach. jur. publ. l. 2. c. 10. §. 11. 12.* & ſi Dominus eſt Epiſcopus, inthroniſatio, quâ vi juris intradæ Principi competentis, tenentur ſubditi, ut conſvetudo id fert, armati præſentes adeſſe, ſich ins Gewehr ſtellen: Status etiam provinciales ipſi obviam procedunt, & vel ex his unus vel plerumque Syndicus Provincialis Principi de adventu gratulatur, & ſubditorum obſequia teſtatur, magiſtratus etiam civitatis ipſum adventantem ante urbem excipiunt, & non minore gratulatione & obſervantiæ obteſtatione per ſuum Conſulem aut Syndicum factâ, claves portarum offerunt.

§. 5. Eſt etiam in multis, ſi non in plurimis terris, receptum, ut futuri regentes Domini, vel ante vel ſtatim poſt homagii præſtationem, juxta obſervantiam ſubditis vel ſtipulantibus promittant, vel per reverſales caveant, religionis, privilegiorum, immunitatum & aliorum ipſis competentium jurium conſervationem *vid. art. 5. 10. 13. Inſtr. Pacis Matth. Stephani p. 1. l. 2. c. 7. n. 269. & Reinking. d. l. c. 4. n. 20.* An autem hanc privilegiorum confirmationem petentes ſubditi inſtrumenta privilegiorum ſuorum primæva & originalia, ad requiſitionem Domini territorii, antea exhibere teneantur, latè & in utramq; partem diſputatum deprehendi *apud Caſſ. Klock. Conſ. 19. per tot.* defendentem, quod ſubditi productionem talem & editionem originalium detractare nequeant; ſecundum quam ſententiam etiam reſponderunt olim JCti hujus celeb. Academiæ ita: P. P. und bey ſolcher Beſchaffenheit Eu. Gnaden als Erb-und Landes-Herrn obbemelte Bürgerm: und Raht zu W. **und zwar noch vor Leiſtung der Erbhuldigung** Ihre bisshero angezogene privilegia zu deſſen ſicherer und beſtändiger Confirmation originaliter zu exhibiren und vorzulegen ſchuldig; Es wolten denn Eu. Gnaden zu

deſto

desto schleuniger Befoderung der Huldigung / und Abstellung weiter besorgenden Mißtrauen zwischen Obrigkeit und Unterthanen/ angedeutete privilegia gegen ihrer Erbunterthanen zu W Verpflichtung/ daß sie solche iedesmahl auf begehren gegen Reverß unweigerlich vorzeigen wolten/ nur derweilen in gemeiner Form bestetigen: Solches wäre Eu. Gnaden gestalten s. n. nicht zu wiederrahten/ und könte darauf so bald mehr erwehnte Huldigung ohne Verfang vorgenommen werden. V. R. W.

§. 6. Et vi hujus juris Dominus detrectantes jurare cogere potest, vel armatâ manu, etiam cum adsistentia vicinorum Principum. *arg. art. 7. capit. Leopold.* vel pœnâ etiam, pro gravitate delicti indictâ, *vid. Maul. d. l. n. 22. &c.* nisi justam se excusandi causam habuerint, *Reinking. d. c. 4. num. 13. &c. Maul. d. l. n. 23.*

Caput V.

De POTESTATE DOMINI TERRITORII, ET RELATIVA SUBDITORUM OBLIGATIONE, RATIONE ANIMÆ SIVE RELIGIONIS.

§. 1.

Religionis cura an Archonti competat, quot scriptis & quantis cladibus hæc agitata controversia, aliquot hactenus seculis, ejus, non sine gemitu, reminiscitur Germania; nec certè posteritas hanc sine mœrore leget catastrophen: scil.

hic est mundi genius, ne quid ex omni parte beatum, ut quò melius Reip. regimen, eò magis malevolo inquietorum animo oppositum: sed comprimamus dolorem, distinctè visuri, an, & quid Domino territorii hodie competat, & vi potestatis dogmaticæ & Architectonicæ, sive ratione cultus interni & externi.

§. 2. Potestas dogmatica; *Dn. Becman. med. polit. diss. 12. §. 1.* spiritualis; *Matth. Stephani de jurisd. p. 2. l. 3. c. 1.* interna; *Haveman. de jure Episc. tit. 4. §. 6. n. 3.* diaconia; *Gebhardi de potest. Eccl. n. 35.* hyerarchia & sacerdotium etiam dicitur. *Novell. 6. pr.* in docendo verbum Dei, absolvendo à peccatis, & sacramenta administrando consistit. *Conf. Johan. 20. M. Anth. de Dom. de Rep. Eccl. l. 4. c. 1. Gebhardi. d. l. p. 1. resol. 5. n. 35. 36. 37.* & confertur immediatè à Christo. *Johan. 20. v. 21. 23. Matth. 28. v. 18. 19. 20.* tanquam capite perpetuo suæ Ecclesiæ. *Matth. 28. Eph. 1. v. 22. Condisius ad L. 27. Compend. Theol. Hutteri. M. Anth. de Domin. d. l. l. 1. c. 1.* nec ergo prædicto modo Principi jure territorii illa competit, cùm Christi regnum non sit de hoc mundo. *Joh. 18. v. 36.*

§. 3. Hinc ergo nullum jus tali Avtocrateri, prohibere ministros Ecclesiæ in officio pastorali. *vid. acta Apost. 5. v. 28. &c. Tabor de regim. Eccles. §. 36.* nec ipsos subditos seculares cogere potest, ut ipsius Principis religionem foveant & amplectantur. *vid. art. 5 7. Instr. Pac. Tabor. d. l. Sect. 2. §. 9. Haveman. d. l. tit. 4. §. 2.* quia subditi talem obsequii subjectionem, ut impossibilem, Domino stipulari non potuere, eo quòd conscientia non admittat dominium, cum fides veniat ex verbo Dei. *Rom. 10. v. 17. vid. Dn. Conring. de auth. maj. circa sacr. §. 116. &c. Dn. Becm. d. l. diss. 17. §. 4.* adeo, ut nec suam religionem dissimulare & Domini cultum simulare possint, quia Deus libero & integro vult coli corde. *vid. Apocal. 3. v. 16. 2. Johan. 1. vers. 10. 11. Maccab. 2. v. 18. 19. Dan. 6.*

§. 4. Sed esto, si cogerentur de facto mandato Dei contraria suscipere conqueri possunt, vel coram Camerâ Spirensi. *vid. Dn. Rhetius de jure circa sacr. c. 4. num. 26. 27.* vel coram Senatu Supplicationis in Comitiis, si scil. libero Religionis exercitio gaudeant; vel si non gavisi eo, emigrare possunt. *vid. art. 5. §. quan-*

tum

tum deinde. Instr. Pac. & si nec hæc ipsis permissa, propter vim Domini, vel cum Eliâ aufugiendum, vel Martyrum exemplo ferenda, quæ Deus in ipsos fieri permittit: non verò se Principi opponere licet, nam durissimus quamvis ille sit, non tamen desinit esse superior. *vid. Dn. Becman. medit. polit. diss. 12. §. 9. & polit. parall. ad h. l. Arnisaus de auth. Princip. semp. inviol. c. 2. num. 8. usq, ad 14.*

§. 5. Circa sacra autem, an quid possit imperans non dubito, licet multi pro aris & focis contrarium propugnent: Non referam hic mores Gentium, qui utique pugnabunt pro meâ sententiâ, quod in plurimis, si non in omnibus, rebusp. dispositio circa sacra competierit Majestati. *vid. Magnificus Dn. Rhetius praeceptor & hospes olim meus, atatèm mihi devenerandus. d. l. c. 1. n.* 7. nec etiam in confirmationem adducam textus varios juris Divini & sententias Conciliorum atque Patrum. *Conf. M. Anth. de Dom. de Rep. Eccl. l. 6. c. 5.* Weber. *de jure consist. c. 13.* nec producam etiam Imperatorum leges atque opiniones JCtorum. *vid. Tabor. d. l. §. 7. 8.* suffecerit hoc, quod Domino incumbat, ut beatos reddat cives non tantùm civiliter, sed & ut æterni gaudii fiant participes, prospicere. *arg. 1. Thimot. 2. v. 2. vid. Generos. Dn. à* Seckendorf. im Teutschen Fürsten Staat *p. 2. c. 11. n. 1.* Quam curam etiam optimè observarunt Imperatores Christiani, donec transactione Hildebrando Papæ cessa jura Episcopalia. *vid. Dn. Conring. de Constit. Episc. Textor. de jure episc. §. 3. 4.* quæ Principes Protestantes superiori seculo, melius edocti, vindicarunt. *Tabor. d. l. §. 23.* in quibus juribus etiam per Pacem Religiosam 555. & Instr. Pac. *de anno 1648. art. 5. §. 7. 8. art. 8. §. 1.* confirmati. Cum igitur hodie soli protestant: religionis Domini territorii tali avtocratico polleant jure circa Sacra, de illorum ergo potestate subditorumque obligatione ductu pragmaticarum sanctionum agam.

§. 6. Disponit autem Archon *vel* circa religionem ipsam, deducendo Mandata Dei in pleniorem executionem; *Haveman. d. l. tit. 9. §. 1.* vel ordinando subsidia, quæ cultum Dei fortius promoveant & obventuris circa eum excessibus, resistant; *Gebhardi d. l. p. 1. §. 15.* *vel* cæremonias sub censuram revocat, immu-

mu-

mutando eas, ubi opus, & in meliorem reducendo ordinem, aut tollendo ipsas, substitutis aliis. *vid. R. J. 1555. §. 15.* & quidem vel in Comitiis, dum ut Status Imperii cum Cæsare & cæteris Statibus leges condit universales, quæ eandem ad minimùm habent vim, ac si in specie à Domino territorii essent latæ; vel ut Dominus territorii Constitutiones Ecclesiasticas (Kirchen-Ordnungen) condit, supplendo & extendendo illa, quæ interdum generaliter in Comitiis statuta, in consilium scil. vocatis unà cum Politicis, Theologis & Pastoribus quibusdam, communicatisque iis Statibus Provincialibus, pro more regionis. *vid. art. 5. §. pacta. art. 7. §. unanimi. Instr. Pac. vid. etiam artic. general. Consist. Elect. Sax. conf. etiam Tabor. d. l. §. 11. 20. 24. 38. Gebhardt d. l. n. 15. 16 Haveman. d. l tit. 4. §. 7.*

§. 7. Et licet quidem neminem cogere possit ad religionem Princeps, sed omnes subditi beneficio emigrandi gaudeant. *vid. R. J. 1555. §. 24. art. 5. §. quod si vero, Instit. Pac.* Attamen providere debet, ut cultus Dei purus in suis servetur terris. *conf. Haveman. tit. 5. §. 1. 2.* hinc vi juris reformandi, quod effectus non minimus est superioritatis in se, *vid. art. 5. §. quantum deinde Instr. pac.* cogere potest dissentientes à religione ad emigrandum. *d. §. quantum deinde. & §. quod si vero. d. art. 5.* quod etiam in sacris habet fundamentum. *Dn. Rhetius d. l. c. 3. n. 7.* Nisi (1) vel diversæ religionis (harum trium tamen, Lutheranæ, Reformatæ vel Pontificiæ, cæteras enim plane tolerare nequit Dominus. *vid. art. 7. §. 2. in fine. Instr. Pac.*) subditi jam habuerint exercitium Religionis liberum Anno 1624. tunc enim hi in illo statu, quo exercitio Religionis d. anno publico vel privato, tàm in petitorio quàm possessorio, usi, reliquendi sunt. *art. 5. §. hoc non obstante. §. turbati. art. 7. §. unanimi. Instr. Pac. vid. Textor. d. l. §. 70. &c.* vel (2) ipsis pactis, transactionibus aut reversalibus publicus vel privatus religionis cultus promissus. *§. Hoc non obstante. d. art. 5. vid. Dn. Rhetius d. l. c. 4. num. 8. 9. Textor. d. l. §. 70.*

§. 8. Reliquos verò qui in una ex his tribus religionibus dissentiunt à Domino, potest quidem Princeps ad emigrandum cogere, *§. quod si vero. d. art. 5. vid. Textor. d. l. §. 80. & 1.* salvâ tamen

men conſcientia etiam eosdem tolerat, in primis ſi neceſſitas hanc patientiam ſvadeat. *vid. text. Matth. 13. conf. etiam Dn. Calov. ad pacem relig. §. 7. &c. Haveman. tit. 4. §. 2. Dn. Conring. de pace Imper. Proteſt. danda.* Sin autem ipſos patitu, tolerare quoque debet, ut vel domi devotioni ſuæ conſcientiâ liberâ ſine inquiſitione aut turbatione privatim vacent, vel in viciniâ, ubi & quoties voluerint, publico religionis exercitio intereſſe posſint. *§. placuit. d. art. 5.*

§. 9. Patebit hinc facilè ad quænam ſubditi obligentur: ſcil. quia cura, ut tandem æternis fruantur gaudiis, Domino omninò competit: hinc ſi ejusdem Religionis Dominus territorii ſubditis v. g. die & horâ certa mandat informationes catecheticas viſitare, vel ante confeſſionem ad examen Paſtori ſe ſiſtere, & quæ id genus alia ad ſcopum hunc faciunt, non liberum erit ſubditis hæc ſusque deque habere. Porrò, ſi Princeps emigrationem mandare poteſt, tenentur etiam utique diſcedere ſubditi; in cæteris ſi jure ſibi quæſito utantur, non faciunt Domino injuriam, adeò, ut ſi graventur, conqueri poſſint vel coram Camera Spirenſi, vel coram Senatu ſupplicationis, uti antea dictum, dummodo quietè vivant, contenti quæſito religionis exercitio, aliâs & hi ejici poſſunt. *Textor. d. l. §. 83.*

§. 10. Ne autem ad religionis diſſenſum & hinc ſubſequentem emigrationem, tam facilè prolabantur ſubditi, Avtocrateris eſt providere, ut ſubditis non tantum error, forte in ſacris qui ipſis obvenit, eximatur, ſed & præcavere, ut omnium Schiſmatum tollatur occaſio, temerariisq; & noxiis opinionibus, per legitima media, occurratur, & hinc quoque duo in territoriis Proteſtantium in uſu ſunt Concilia: Synodus & Conſiſtorium. *Carpz. Jurisp. Eccl. 1. D. 5.* Weber *d. l. c. 11. & 46.* in quibus, adhibitis ſuis Theologis, cum S. Scriptura in ipſis fidei articulis ſatis quidem clara, *Pſal. 119. v. 105. 2. Thimot. 3. v. 16. 1. Petr. 1. v. 19. Tabor. d. l. §. 24.* ſed ſophiſmatibus Novaturientium ſæpe contorqueatur, Archon jubere poteſt, ut verbum Dei juxta verum ſcripturæ intellectum explicetur. *vid. R. J. 1525. §.* und nach dem / vel ne aliter uti in ſynodis deciſum, doceatur. *vid. plur. Gebhardi d. l.*

p. t.

p. 1. §. 15. & resol. 3. num. 19. usq; ad 24. Weber *d. l. c. 27. sect. 7. conf. etiam Conring. de concil. passim.*

§. 11. Ne etiam ab initio falsis imbuantur dogmatibus subditi, quæ post non facilè exstirpari solent, hinc incumbit Domino territorii curam habere educationis juventutis, erigendo Scholas, illisq; Præceptores fideles & diligentes præficiendo: *Haveman. d. l. tit. 5. tit. 9. §. 2. Tabor. d. l. §. 37.* nisi ipsi subditi hoc jure gaudeant, nempe vel diversæ religionis subditi id anno 1624. habuére. *§. hoc tamen non obst. art. 5. §. unanimi: art. 7. instr. pac.* vel pactis inter Dominum & Subditos, idipsum sit ejus concessum, quæ omninò sunt servanda. Præceptoribus his etiam tradere debent subditi liberos, in tantum, ut in quibusdam regionibus liberi in Scholis patriis non educati, ad honores adspirare nequeant; à qua tamen obligatione exemti diversæ religionis subditi, qui suos liberos vel domi privatis Præceptoribus, vel exteris religionis suæ Scholis instituendos committere possunt. *§. placuit. d. art. 5.* Non tamen talem potestatem quam habet Princeps in Scholis trivialibus & particularibus erigendis, planè habet quod superiores & Academias attinet, quamvis curam earum Juribus Principum circa sacra non minus accensendam esse, nemo neget.

§. 12. Ne etiam à Pastoribus subditi seducantur, vel etiam ad rebellionem concitentur insuper, (sacerdotum enim authoritas valet interdum maximè, in primis si turba superstitione capta. *vid. Lampad. p. 1. §. 20. 21. Conring. de author. maj. circa sacr. §. 59. 60. M. Anth. de Dom. d. l. l. 6. c. 7. curtius. l. 4. c. 10.*) hinc quoque ad Avtocraterem institutionem ministrorum pertinere, ex *R. J. 1555. §. 20.* satis liquet, quia ei soli universa Reip. cura competit. Cùm autem magni momenti res sit, curam suæ animæ alicui committere, nec id fiat interdum sine conscientiæ anxietate, si constet de futuri Pastoris culpandâ vitâ, hinc optimè introductum erat in primitivâ Ecclesiâ. *vid. M. Anth. de Dom. de Rep. Eccl. l. 3. c. 3. Dn. Conring. de Constit. Episc.* quod & hodie si non in omnibus, tamen in plurimis receptum territoriis, ut aliqui Ministerii Candidati vel præsententur à plebe, ex quibus unum Princeps eligit & confirmat; vel instituatur à Principe Pastor præ-

sen-

fente plebe, cui liberum eft, fi ratione vitæ aut doctrinæ candidati quædam habeant, quæ defiderent, de his certiorem facere Principem, ut alium præfentet. *Carpz. d. l. l. t. D. 27. feq.* Ante inaugurationem vero hi minifterii candidati in Ecclefiis Auguft. Confeffioni addictis à Confiftorio Principis examinantur, cui etiam ftipulatâ manu promittere debent, fe aliter docere nolle, quam in libris fymbolicis verbum Dei explicatur. *vid. p. 1. c. 1. tit. 1.* der Gothaifchen Landes-Ordnung. quod examen poft fequitur confirmatio Domini territorii: In nonnullis locis præftatur ab ipfis juramentum Religionis, & debet futurus Minifter Ecclefiæ, fubfcribere Formulæ Concordiæ, uti in fpecie in Electoratu Saxoniæ obtinet: An autem hæc confirmatio nunquam abfente & ob neceffitatis caufam impedito candidato fiat, & præcisè requiratur, ut futurus Paftor ad examen & confirmationem in perfona coram Domino aut Confiftorio ejusdem compareat, lis eft inter Sigm. Finckelthaus id *tract. de jure Patronat. c. 6.* fimpliciter negantem & B. Carpz. hoc ipfum certo cafu & refpectu *L. 1. Jurispr. Eccl. tit. 6. D. 49.* adfirmantem, fuppofito fcil. fi jam tum Confiftorio de præfentati eruditione & qualitatibus certò conftet. *vid. eund. Carpzov. d. l. num. 10.* qui *num. 11.* quoque addit, quod, licet perfona præfentata nota non fit, nec de ejus eruditione Confiftorio conftet, fi tamen neceffitas præfentiam, & ut perfonaliter fe fiftat Confiftorio, impediat, ne confirmatio differatur, Superintendenti examen committi, & futurus Paftor, in tali examine idoneus repertus, confirmari poffit. *Conf. Carpz. d. l. D. 50. n. 2. &c. ubi Finkelthufii argumentis fatisfacit.*

§. 13. Ne etiam adfectibus dediti Paftores quidlibet in fuggeftis proferant, normam quodammodo, quod morum & vitiorum taxationem attinet, iis Archon præfcribere poteft in concionando, ut vitia culpent quidem, & publicè peccantes, lapfuque fuo publicum præbentes fcandalum, publice quoque corrigant; *1. Thimot. 5. v. 20.* attamen admixtâ femper modeftiâ, & magis docendo quam jubendo, magis monendo quam minando, *ut ait Auguftinus Epift. 61. ad Aurel.* ne vindicta quæratur privata, fed emendatio delinquentis, & averfio fcandali: ne etiam aliquem perftringant nominatim, vel ita eum depingendo, ut quili-

bet intelligere possit, quis notetur. *Balduin. Cas. consc. 4. c. 7. cas. 4. in fine.* Bene Sereniss. Elector. Saxon. in der Kirchen-Ord. *Art. gener. 3. §.* Zum siebenden. *ibi:* den Pfarrherren und Kirchenl hrern mit ernst auferlegt und eingebunden/ daß sie in ihren Predigten eigenen affecten mit hohlhippeln / Poltern und schmehen nicht nachhengen / sondern sich aller Christlichen sanftmuht und bescheidenheit nach der Lehr S. Pauli gebrauchen. &c. sic etiam Pastor obligatur ad obsequium politicū ratione eorum, quæ legibus publicis, propter salutem Reip. pace religiosâ & Instr. Pacis, constituta. *vid. art. 5. §. utriusq. Instr. Pac. R. J. 1530. §. 55. R. J. 1542. §. 41.*

§. 14. Ministros Ecclesiæ quoque absolvere vel ligare posse constat satis: Est autem ligatio vel minor vel major vel anathematica. *vid. plur. Anth. de Dominiis l. 5. c. 9.* his ergo ne etiam abutantur, optimè receptum, ut neminem à cœtu credentium excludere possint, nisi à Consistoriis res cognita & permissa sit, *Haveman. d. l. tit. 10. §. 3.* Weber. *d. l. c. 29. numer. 4.* adeò, ut ne quidem in quibusdam terris aliquem à confessione & sacramento arcere possint sine sententiâ & præscitu Consistorii. Est autem confessio vel publica, qualis apud Reformatos & quosdam Lutheranos recepta: vel auricularis quæ apud Lutheranos & Pontificios, (modo tamen diversissimo) in usu; Circa hanc ergo quid possit Princeps, & ad quænam Pastor teneatur, porrò videndum. Et quidem quia Confessio non fit homini, sed Deo. *c. 2. X. de offic. jud. ord. Carpz. d. l. 3. D. 25. n. 8.* hinc nec Principi jubenti, sibi commissa revelare tenetur Pastor, licet etiam extra locum confessionis, ausser dem Beichtstuhle/ suam conscientiam exonerârit peccator. v. g. er hätte was auf seinem Herzen verborgen liegen/ das ihn sehr druckte / daher er bewogen/ es ihm als einen Prediger zu offenbahren / hoffe auch/ er werde es in höchster Verschwiegenheit behalten. &c. quia non locus, sed confessio hanc silentii præstationem Sacerdoti imponit *Dn. Stryk. de cred. revel. c. 2. n. 63. 64.* sed si delictum adhuc committere velit is, qui id Sacerdoti revelat, nec tum concedent Pontificii forsan denunciationem. *vid. Dn. Stryk. d. l. c. 5. n. 17. &c.* sed malè; quia delicta objectum confessionis esse nequeunt. *vid. Ecold. ff. ad L. Jul. Maj. §. 16.*

§. 15.

§. 15. In adiaphora & ceremonias alias, quæ decentem in Ecclesiâ requirunt ordinem, quòd Principi potestas sit, constat ex *R. J. 1555. §. 7. vid. Conring. d. l. §. 17. &c.* Sunt autem adiaphora vel communia; quæ scil. vel in primitivâ Ecclesiâ introducta, vel etiam hodie per Imperium universum recepta: vel particularia, quæ olim in suis constituére territoriis Archontes: in utrisque non facilè suscipiat mutationem, præsertim invitâ Ecclesiâ, cum inde infirmis scandalum præberi possit. *vid. art. 10. art. Gen. Elect. Saxon.* Weber *d. l. c. 27. Sect. 4. Dn. Rhetius d. l. c. 3. n. 13.*

§. 16. Et has constitutiones & promissa sua si non servant Clerici, pro delicti gravitate puniuntur quidem, *vid. Carpz jurispr. Eccl. l. 3. D. 15. l. 2. D. 248.* non tamen etiam Laici citra pœnam si conciones visitare, aut etiam usum S. Synaxis negligunt, *Carpz. d. l. 2. D. 295. 296.* vel Pastori in suggestu docenti contradicunt, vel sine pœnitentia, cum rancore confessiones faciunt, vel quæ ipsis dicta in confessione effutiunt, aut alio modo religionem contemnunt, aut etiam sacra planè turbare audent. *vid. Carpz. d. l. D. 280. 281. 279. Brunnem. ad l. 8. ff. de rer. Divis. n. 2. Dn. Stryk. de credent. revel. c. 2. n. 71.*

CAPUT VI.

De

POTESTATE DOMINI TERRITORII, ET RELATIVA SUBDITORUM OBLIGATIONE QUOAD HORUM ACTIONES CIVILES ET INGENII.

Actionibus subditorum civilibus & moralibus à Domino territoriali *Leges* præscribuntur, de quâ potestate & quomodo iis obligentur subditi (ut omnia ordine tradã,) agam *seq. Memb. I.* Quoniam autem, si spretis his legibus alter alteri non præstat id quod debet, & suum cuiq; tribuere recusat, nemo sibi ipsi jus dicere, aut par in parem Imperium habere potest, sed ad superiorem pertinet, ut is justitiam administret, & sicut præmia merentibus, ita pœnas delinquentibus, distribuat: Hinc *Memb. II.* tractabo *de judiciis.* Quemadmodum autem porro non solum præcepta & leges superioris observanda, quod ipsorum subditorum actiones attinet, sed & quod Princeps per sententiam in judiciis subditorum edixit aut determinavit, illis jus esse debet; ita quoque non minus ipsa Persona Archontis (quod reliquorum quasi basis & fundamentum est) *reverenter* habenda & *colenda* ac in primis *fidelitate* prosequenda est. De quibus *Memb. III.* dicam, & quidem, ut incepi, brevissimis.

MEMBRUM I.

DE
POTESTATE DOMINI TERRITORII,
ET
RELATIVA SUBDITORUM OBLIGATIONE, RATIONE LEGUM.

§. 1.

Actionibus civilibus, quæ scil. non directò religionem respiciunt, sed ad alios se referunt, eorumque officia explent, an Princeps præscribere possit normam, nulla ferè est dubitatio: Cùm enim Resp. conservari nequeat, nisi Cives justi & æqui inter se existant. *vid. R. J. 1570. §. 42. R. J. 1603. §. 45.* & verò in

in tribuendo suum cuique non eadem singulis mens & sententia, propter debile, in discernendâ actionum & rerum multitudine, judicium, ejusque sæpissimam distractionem & obcæcationem, ortam ex negotiorum & circumstantiarum varietate, adfectuum, potentiâ & habendi cupidine; Principis autem summa esse debeat curatio, internam immotè conservare quietem, & tollere ea, quæ turbis ansam dare possunt: Hinc Archon ut Tutor & Conservator singulorum, eorundem etiam actionibus, quantum potest, cynosuram præstituit, & quid omnibus expediat, statuit. *Conf. plur. Dn. Conring. de auth. Maj. circa leg. §. 9. 10. & Diss. de leg. §. 1. & seqq.* Non tamen eodem modo super illis disponit; *Alii* enim actus sunt morales, ita ut scil. *aut* jam tum habuerint normam, ex dictamine rectæ rationis à Deo indito, determinatam, *aut* licet non de rigore impingant in juris naturæ prohibitionem, adstringant tamen quemvis, quia jure divino præcepti; sic etiam jura Gentium, quæ scil. Resp. inter se servare tenentur, propter objecti moralitatem, certum agendi modum subditis imponunt; quo etiam pacta Gentium mutua, tam expresse inita, quàm tacito quasi consensu & usu introducta, pertinent. *Alii* actus vagi & indifferentes, non quidem ita, ac si in hypothesi nullam inducant obligationem, verùm quod norma agendi eorum incerta, laxa, & dubia, nec hinc illorum determinatio ita intelligatur, cum humana ratio ex Principiis communibus ad particularia procedere debeat, & hinc modus certus his actionibus, ut idem sit omnibus justum, quò præfigatur à judicio humano, necesse est. *Vid. Magn. Dn. Struv. Exerc. 1. num. 1. & seqq.* Quibus ita præsuppositis, certum est, quòd leges naturæ, Divinas & Gentium Archon mutare, abrogare, aut super iis dispensare, quoad actus substantiam, nequeat. *Dn. Stryck. de Mod. prop. Princ. c. 2. n. 7. & seqq. Zasius ff. de LL. n. 24.* neque etiam pacta Gentium nisi in periculum rempl. conjicere, & à conventis recedere de facto velit, tollit: At verò circa eas multa potest Princeps extrinsecus sc. & quoad accidentia, mutando & interpretando illas, majoremque iis imponendo obligationem. *vid. l. 6. ff. de J. & J. Dn. Conring. de Autor. Maj. circa LL. §. 15. & seqq.* v.g. quamvis imperare nequeat Princeps non servare fidem legitimè datam, jubere tamen

 pot-

poteſt, ut pacta nuda non valeant, *Vid. Magn. Dn. Struv. Exerc. 6. th. 7.* Contractus, niſi à judice confirmati, ſint nulli. *Habn. ad Weſenb. ff. de pactis n. 4.* Et ſic etiam in aliis. In actiones verò arbitrio hominum definiendas relictas, major Principi poteſtas, ut iſtis omnem normam præſcribere, eandemque pro diverſa circumſtantiarum & temporum neceſſitate, immutare & corrigere poſſit. *vid. B. Dn. Richter. p. 1. D. 4. paſſim.*

§. 2. Sunt autem Leges vel latæ, & quidem *aut* à Cæſare & Statibus ſimul, *vid. art. 8. inſtr. Pac. Eckold. ff. de LL. §. 7.* quæ omnes in Imperio obligant, etiam ſubditos mediatos, *R. J. 1654. §. 6.* Toti enim Imperio competit cura, etiam Rerumpubl. ſubalternarum, in illis, quæ harmoniam univerſalem inducere poſſunt; eſt & Status quilibet Imperii Dominus territorii: quas ergo cum Cæſare & Statibus reliquis condit leges, eandem ad minimùm vim habent ligandi ſubditos, ac ſi ipſe Princeps illas in ſpecie ſuis ſubditis tuliſſet: *Aut* à Domino territorii, adhibitis ſaltem in conſilium Statibus provincialibus, vel etiam cum horũ conſenſu, pro reverſalium tenore: *Dn. Myler. ab Erenbach. de Stat. p. 2. c. 39. §. 9. 10, Burgold. p. 3. D. 1. §. 5. Eckold. ff. de LL. §. 8.* Vel conſuetudine receptæ: Evenit enim Legislatoribus nonnunquam, ut ſcriptâ lege, aliquid, quod tamen eorum conſtitutionem deſideraret, prætermittatur. *vid. l. 32. §. 2. ff. de LL. Ariſt. 1. Rhet. 13.* Hinc ſi ad aliquot actus ita & non aliter geſtos, per longum tempus taceat is, qui ſuperior eſt, per hanc taciturnitatem declarat quaſi ſuum conſenſum, ut ita impoſterum quoque & non aliter fiant. Imò, ſi interdum etiam contra legem latam aliquid patitur fieri Princeps, videtur ſuo non-diſſenſu in mutationem & correctionem legis (id enim ſæpè exigit neceſſitas & ſalus Reipublicæ, quæ ſemper ſuprema lex eſto,) conſentire, & ita jus erit impoſterum, lege non obſtante: *vid. l. 32. §. 1. ff. de LL. c. ult. de conſuetud. §. 11. J. de J. N. G. & C.*

§. 3. Obligant cunctæ leges etiam in conſcientia, ſed cum diſtinctione, quam doctiſſimè tradit *Magn. Dn. Struv. Exerc. 2. Th. 13. 14. 15.* Princeps enim habet autoritatem dirigendi actiones ſubditorum, hinc quoq; tenentur ſubditi ſe conformes gerere ejus conſtitutionibus, nec tam anxiè in earum rationes inquirere

de-

debent. *Job. Pet. Surd. C. 374. Affict. Constit. Reg. 1. rubr. 4. n. 5.* Quamvis enim lex lata videatur dura, aut lateat subditos, quæ causa, quæ ratio, cur sic & non aliter: possunt tamen & causæ & rationes in se esse relevantes & evidentes, eas autem præcisè explorare, subditis non integrum; quibus sufficiat, summum judicium Principi datum esse, sibique obsequii gloriam relictam, ut Marc. Terent. Eques Roman. Senatui & Tiberio dicebat *apud Tacitum.*

§. 4. Extra ordinem quoq; multa constituit Princeps singularia *l. 15. 16. ff. de LL.* quæ non trahenda ad exemplum, *§. 6. J. de jur. N. G. & C.* qualia sunt Privilegia alicui concessa: Et huc pertinet jus aggravandi pœnam aut aggratiandi. *dict. §. 6.* quæ ut hic explicentur, cùm commodissimus sit locus, brevibus de iis agam.

§. 5. Concedit hodie quilibet Dominus territorii privilegia, *Erenbach. de Stat. p. 2 c. 49. §. 1.* & quidem vel realia vel personalia: Titulo vel oneroso vel lucrativo: Universitati s. ordini alicui, vel individuo cuidam. *Dn. Stryck. de motu propr. princ. c. 2. n. 50. & seqq. Dn. Conring. de conf. & revoc. priv. §. 10. 11.* quod si tamen Privilegio tali concesso exemtio detur, eaque in præjudicium tertii cedat, effectum non habebit. *Brunnem. ad L. un. C. de Metrop. Beryt. n. 3. Dn. Stryck. d. l. c. 2. n. 51. 55. & c. 4. n. 2. & seqq.* Nisi Princeps illam expresse validam velit, & tertio præstet interesse: *Dn. Stryck. d. l. c. 2. n. 21.* regulariter enim Archonti onera, quæ alicui subjecto remittit, accrescunt: *Mevius p. 7. D. 30. & 33.* Nisi ob insigne meritum Reipubl. præstitum hæc privilegii remuneratio facta, tunc enim cæteri pro hoc exempto contribuere debent. *Stryck. d. l. num. 39.* Sed an Princeps semel concessa privilegia pro lubitu revocare poterit? Cujus quæstionis à Bodino *de Republ. l. 1. c. 8.* Hobbesio *de cive c. 6. & 7. & aliis* affirmativa propugnatur, quos tamen, cum satis refutarint *Magn. Dn. Lyncker. de Beneplacito. Sect. 2. c. 1. §. 3. & Dn. Conring. all. l. §. 42.* citasse hos doctissimos viros sufficeerit, ne acta rursus egisse videar: Sed nec hoc sine exceptione: secus enim est, si summa necessitas aliud urgeat, quo tamen casu ut non minus præstetur interesse privilegiato, æquitas postulat. *Magn. Dn.*

Beckm.

Beckman. de Obligat. princ. c. 1. Sect. 1. §. 1. Licet etiam exemptiones illæ ab antecessoribus datæ fuerint, adhuc tamen ea etiam successori revocare, aut jus quæsitum adimere subditis, integrum non est, *Brunneman. ad l. 23. C. de Agric. n. 8.* nec referre puto an ex causa onerosa, (quorsum quoq; pertinet privilegium in remunerationem quæsitum, *Zasius ff. de LL. num. 37.*) datum; *Brunneman. ad l. 31. ff. de LL. n. 7. 8.* an vero ex tit. lucrativo illud sit concessum. *Magnif. Dn. Lyncker. de Benepl. Sect. 2. c. 1. §. 1.*

§. 6. Subditis quoque ex infortunio in paupertatem lapsis concedit moratorias, ut creditores, quousque illæ durant ipsos inquietare nequeant. *Textor. de jurisd. Territ. §. 83. 84.* Potest & minoribus concedere veniam ætatis, ut illi etiam aliis validè obligentur. *Rhetius de Subdit. immed. c. 2. n. 109.*

§. 7 Crescentibus quoquè delictis pœnas pro rei circumstantia augere potest Archon, easdemve mitigare, si modo illa jure Civili constituta: *Dn. Scharschmid. Syst. jur. publ. c. 67. Memb. 1. §. 1.* capitalem scil. in corporalem mutando, vel corporalem in pecuniariam, aut eam penitus remittendo, *Text. d. l. §. 72.* Et licet pars læsa ad interesse publicum egerit, tamen in voluntate Principis adquiescere debet *Myler. d. l. c. 50. §. 20.* Eas verò pœnas, quæ jus Divinum expressit, aut jus naturæ exigit, tollere aut minuere nequit Princeps: *B. Carpz. p. 4. c. 9. D. 7.* quanquam & in justâ pœnâ positivâ moderandâ Archontem non facilem sine causa esse deceat.

§. 8. Nec tantùm deniqùe pœnam minuit aut auget Princeps, sed etiam per sententiam famosos restituit. *Dn. Lyncker. de restit. fam. §. 9.* ut ab omnibus pro dignitatis, ac aliorum jurium capacibus personis habendi sint. *Myler. d. l. c. 53. §. 4.*

MEM-

MEMBRUM II.

De

POTESTATE DOMINI TERRITORII,

ET

RELATIVA SUBDITORUM OBLIGATIONE RATIONE JUDICII.

§. 1.

SUum cuique si æqua attrutinetur lance, quantum inde stabiliatur Respubl. nemo non ignorat. *vid. R. J. 1530. §. 71.* Hinc ergo maxima Principis Archontis cura in administranda justitia, summaque esse debet provisio: Hinc videntur in territoriis ipsorum, pro utilitate status, constituta dicasteria Inferiora & Superiora, Cancellariæ, die Regierung/ quæ cum judiciis aulicis s. Dicasteriis Provincialibus utplurimum concurrentem solent habere jurisdictionem, Judicia Criminalia, Consistoria, Judicia appellationum &c. Potest etiam extra ordinem de causa aliqua cognoscere Princeps per suos delegatos, motu proprio, vel ad instantiam partium, vel dare etiam suis constitutis judicibus potestatem, ut scil. delegent vel dent alios Judices: Nam quòd ita pro lubitu Magistratus hodie delegare causam possint, non puto, quia semper electa ipsorum persona videtur. *Brunnem. ad l. 5. ff. de jurisd. vid. plur. de judic. Dn. à* Seckendorff *p. 2. c. 9.* Et horum Præsides non facile tanquam suspectos vel ex alia causa inhabiles reputabit subditus, cum pro illis præsumtio boni militet *arg. l. 3. C. de offic. divers. judic.* quanquam si alleget causam justam, vel iis alius adjungi, vel aliis etiam causa committi solet à superiore *vid. B. Lauterbach. de juram. perhorresc. Textor. d. l. §. 59.*

F §. 2.

§. 2. Consistoriis subsunt non tantum negotia circa sacra, de quibus supra *cap. 5.* dictum, sed & Personæ Ecclesiasticæ, Pastores, Rectores, Præceptores Scholarum &c. ratione actionum scil. personalium, nisi per reconventionem coram judice seculari respondere teneantur *vid. Zasius ff. de judic. num. 88. & 89.* aut evictionem præstando Laicum defendere debeant. *Vid. Brunneman. ad l. 51. C. de Episc. n. 5.* Ad hoc forum quoque spectant res sacræ, religiosæ, Ecclesiasticæ, lites Patronatus, decimarum, causæ matrimoniales (quando scil. de ipsarum agitur substantia, non vero si lis super earum possessione, tum enim ad Dicasteria pertinent:) causæ mixti fori *vid. Carpz. jurispr. Eccl. lib. 3. D. 2. 3. 5. 6. Haveman. de jur. Episc. Tit. 13. §. 2. 3. Conf. m. p. 1. Tit. 3. c. 2.* der Gothaischen Landes-Ordn. Causæ Pastori & seculari communes; *Brunneman. ad l. 1. ff. de quib. rebus ad eundem jud. num. 6.* Causæ piæ. *Brunneman. ad l. 1. C. de Episc. aud. num. 8.* Et hinc etiam omnes personæ, quæ propter has causas litigant huic judicio subsunt. *Gebbard. de Potest. Eccles. resol. 8. num. 121.* quod si in ejusmodi causis pœna forsan pecuniaria v. g. Pastori, Patrono, subditisvé imponitur, ea non ad secularis jurisdictionis Judicium sed ad ipsum Consistorium pertinet, & ita judicatum fuit ad requis. des G. Consist. zu A. à Magnif. JCtor. ordine in hac Salana.

§. 3. In judicio criminali omnis subditus delicti reus puniri potest, etiamsi Nobilis, Literatus; *Dn. Rhetius de Subdit. immed. c. 4. n. 68.* aut Clericus sit. *Carpz. d. lib. 3. defin. 5.* In quo tamen posteriori requiritur insuper, ut delictum sit politicum & executionem criminalem degradatio præcedat. *Brunnem. Proc. Inquis. c. 10. n. 26* In delicta enim Ecclesiastica ipsa Consistoria animadvertunt. *Mevius p. 2. D. 138.* Nec refert etiam si alibi meritus pœnam *l. 2. C. ubi de Crimin.* Sed si alius judex, ubi vel deliquit vel deprehensus subditus, prævenit, & instituto processu eum judicavit, reusque pœnas luit: (*vid. Carpz. p. 4. c. 1. D. 18.*) non potest regulariter judex domicilii contra eundem de novo intentare processum. *Brunneman. d. l. c. 3. n. 16. ubi tamen etiam quasdam exceptiones tradit.* Et licet personæ Illustres sint, si simul puræ Landsassiæ, à Domino territorii judicari possunt *arg. artic.*

44.

44. *Capit. Leopold.* alias vero si simul Statuum jure gaudent, pro delicti diversitate etiam forum variat *vid. Dn. Rhetius d. subd. c. 6. §. 9. Blumius ad Processſ. Camer. §. 180.* Cæterum: quamvis Jure Civili ob delictum quis sortiatur forum ita, ut absens quoque & alibi degens subsidiariè citari, & ita citatus comparere teneatur, & olim, judice requirente, tales delinquentes ad forum delicti commissi necessitate juris remittendi erant. *Vid. Zanger. de Except. Carpz. Prax. Crim. 3. qv. 110. n. 48. seqq.* Hodie tamen remissiones tales delinquentium in desuetudinem abierunt, nec Judex domicilii vel ejus loci in quo Reus est inventus vel deprehensus ad remissionem contra voluntatem suam obstrictus est. *M. Pistor. 1. c. 29. n. 6. seq. Rauchbarc. 1. qv. 50. n. 13. seq. & n. 25. B. Dn. Richt. 1. Decis. 15. n. 5.* Quòd si tamen inter diversos & vicinos Dominos territorii aliud hac de re pactis introductum, iis omninò standum, quippe ea æquissima, & hunc finem habent, ne delicta maneant impunita, quod sæpè fit si Judex domicilii delinquentem remittere, Judex loci delicti commissi autem communicare judicia aut sistere testes nolit. In quibusdam locis etiam receptum, ut Nobiles si non in crimine deprehendantur, non nisi à Principe condemnari possint. *vid. Brunneman. ad l. 1. C. ubi Senat. n. 6.*

§. 4. Seculares illis Dicasteriis subsunt, sub quibus ipsorum domicilia sita: Sic subditi Ambtsassii stant coram Præfecto in prima instantia. *Conf. latè Zigler. ad Prax. aur. Calvoli. §. Ambtsassi:* Schriftsassii vero in Saxonia, Anhaltina, & alibi omnes qui Equestria & privilegiata bona, Ritter- oder Adeliche frey-Güter habent, coram Dicasterio Provinciali seu judicio Aulico, vel Cancellaria conveniuntur, & quidem quacunque etiam pulsentur actione, *arg. l. 19. ff. de judic.* Personali, vel ratione delictorum civilium; *Magn. Dn. Struv. Exerc. 9. §. 45.* vel etiam ex interdictis; *l. unic. C. ubi de possess.* aut rei vind. licet res ibi non sita. *Brunneman. ad l. 23. C. ubi in rem. Wissenbach. disp. 16. ff. §. 28. & ad l. unic. C. ubi de possess.* nisi reus in Aula Principis à ministeriis; *laud. Magn. Dn. Struv. Exerc. 9. §. 38.* vel persona miserabilis; aut etiam Actor propter hoc beneficium Reum ad summum judicium trahat. *l. unic. C. quando inter personas. Brunneman. ad*

hanc l. vel propter causæ continentiam *Brunneman. ad l. 1. ff. de quibus reb. ad eund. jud. n. 88. Wissenbach. disp. 10. §. 25. 26.* alibi se sistere debeat; vel etiam quis interveniat processui. *Vid. Brunneman. ad Proc. Civil. cap. 13.* vel ex praxi L. Diffamari aut L. Si contendat provocati; *vid. Brunneman. ad has LL. & Habn. ad Wesenb. ff. de jud. n. 15.* vel arrestatus quis sit. *Dn. Struv. Exerc. 9. §. 54.* Expressè autem hodie jurisdictio judicis prorogari nequit. *Magn. Dn. Struv. d. Exerc. 9. §. 59. Gail. 1. Obs. 40. Wesenbach. disp. 16. §. 7.* Et in Ecclesiasticis, ne quidem tacitè, *Brunneman. ad l. 18. ff. de jurisd. n. 2.*

§. 5. Sic si etiam sua teneant bona sub alius Domini territorio, sub quo non habitant, ratione rerum tamen coram illius judicio se sistere debent *l. 3. C. ubi in rem.* licet sint Clerici. *Gail. 1. Obs. 37. Carpz. jurispr. Eccl. l. 3. D. 7.* Et si ibi homagium præstiterunt, etiam ratione actionum personalium se ibi sistere debent, *Habn. ad Wesenb. ff. de judic. n. 16.*

§. 6. Formæ processus R. J. statutæ Archon addere vel detrahere potest, vel etiam consuetam retinere, dummodo eam ex Recessu Imperii emendet. *vid. R. J. 1654. §. 137.* Hinc singulas regiones habere suas peculiares Processuum formas videmus; potest etiam processum ordinarium, summario alias contradistinctum, contrahere, ut juxta naturalia Processus solùm in omnibus procedatur, quia, licet de plano & simplici causæ disputentur, tamen satis in veritatem inquiri potest, nec etiam ultra tendit Processuum scopus, quàm ut Judici veritas fiat cognita, antequam ille sententiam ferat. *vid. plur. Brunneman. Process. Civil. c. 1. n. 22.* Non autem non-citatum condemnat, aut inauditum judicat: *Gail. 1. Obs. 48. n. 1. 2.* nec alicui jura sibi legitimè quæsita adimit. *arg. l. 4. C. Emancip. vid. latè Petr. Anth. de Petra, Tract. de jure quæsit. non toll. per Princ. per tot.* An autem adpellationem tollere possit? *vid. Eckold. ff. de appell. §. 3.* Et partes litigantes hinc quoque formam præscriptam strictè servare debent, aliàs pro rei circumstantiis pœnam incurrunt, vel etiam ipse annulatur processus, vel non observatis fatalibus, causa cadent partes. *de quib. latius Process. scriptores. Carpz. Brunnem. & alii* videantur.

§. 7. In omnibus his judiciis res judicata in executionem dari

dari poteſt ac debet. *arg. l. 4. ff. de re judic.* ab ipſo judice, vel per ſubſidiales. Et ſi executioni huic ſubditus reſiſtit, pœnam incurrit. *vid. l. un. ff. ſi quis jus dic. & DD. adh.* exceptiones tamen Competentiæ, Compenſationis &c. opponere poteſt condemnatus, etiam in ipſa executione; *Brunneman. ad l. 6 C. de rei judic. execut. n. 3. & ad l. 7. ff. de compenſ. n 8. &c.* Quod ſi vero per ſententiam una vel altera pars ſe gravatam putet, intra legitimum tempus in plurimis cauſis ad proximè ſuperiorem, & tandem certis etiam cauſis ad Cameram Spirenſem, adpellare poſſunt, niſi Dominus territorii privilegio de non adpellando gaudeat. *vid. Dn. Struv. EX. 50. §. 4. 5. Blumius Proceſſ. Camer. tit. 46.* & hoc deficiente beneficio, per modum leuterationis ſupremæ, reviſionis, ſupplicationis, reſtitutionis in integrum &c. ipſis ſuccurritur. *vid. plur. B. Brunneman. Proceſſ. Civil. c. 15.* vel, ſi nec hæc amplius ſuperſunt remedia, & cauſa notoriè injuſta, per modum denunciationis evangelicæ res ad Conſiſtoria defertur. *vid. Generoſ. Dn. de Jebus de denunciat. Evangel. Brunneman. ad L. 36. ff. famil. herciſc. n. 6. 7.* non autem moribus hodiernis conceditur adpellatio in criminalibus. *Eckold. ff. de appell. §. 9.* ſecus verò in conſiſtorialibus, ſi modo cauſa per ſe admittat adpellationem: nec video rationem, cur Princeps à Conſiſtorio res ad ſe avocare, & ſuper iis extra ordinem quoque cognoſcere non poſſit. *vid. Mevius. p. 1. D. 1. Dn. Rhetius de jure circa ſacr. c. 5. num. 19. &c.* Weber *de jure conſiſt. c. 32.*

MEMBRUM III.

De
POTESTATE DOMINI TERRITORII,
ET
RELATIVA SUBDITORUM OBLIGATIONE RATIONE REVERENTIÆ ET FIDELITATIS.

§. 1.

CUltus adorationis cum soli Deo competat, hinc Princeps imperare nequit, ut sibi exhibeatur talis honor, quanquam cætera venerationum debita sibi ut fiant, jubere possit, sed tamen ita, ne mancipiis præesse velle videatur, sed Germanis ingenuam subjectionem assuetis; & subditi etiam tenentur eum prosequi omni honoris observantia; est enim summus in republicâ qui solus curam omnium gerit, cur ergo non devenerandus hic pater patriæ humilimè, cùm tam submisse colatur pater naturalis. Sicut enim tantam curam Dominus habet (vel habere debet,) ut subditos pro filiis & nepotibus tractet: ita hos tanta reverentia illum prosequi decet quâ Parentes naturales. *vid. Marpurg. 3. Consil. num. 45.* Et quidem quoties Princes in luctum incidit, subditis incumbit ut & ipsi omnem deponant lætitiam; in titulis & ceremoniis cæteris semper suum obsequium contestentur; Principem, non nisi permissu ipsius, compellando, tecto capite coram ipso comparendo, absentes, si audierint tantum nomen Principis, de loco surgendo, caput nudando, aut alio modo suam reverentiam erga ipsum ostendendo; *Refeld. de jure reverentiali cap. 2. n. 10.* in literis illum suum clementissimum dominum, se verò subjectissimos, devotissimos nominando, & quæ alia curialia pro more regionis observanda, *vid. Dn. à* Seckendorf. *p. 2. c. 7. §. 3.* quæ tamen cultus observantia non indistinctè inter personas illustres & reliquos subditos recepta, quanquam & illæ, quæ se alias Archontes *Dei gratiâ* nuncupant si ad Principem, cujus simul certo respectu subditi, scribant, hoc titulo abstineant, contenti voce *Ego. vid. Dn. Rhetius de subditis immediatis. cap. 4. n. 44.*

§. 2. Huc pertinet etiam obligatio, optima quæque Principi vovendi, precesque pro eo fundendi, licet etiam diversæ sit religionis, quia Reipubl. dum benè est, & subditi optatò vivunt. *vid. Jerem. 29. v. 7. 1. ad Thim. 2. v. 2. 3. Dominus Conring. de subj. Maj. §. 55.*

§. 3. In lite inter Dominum & subditum ortâ, subditi reverenter cum Domino agere, & in quantum fieri poteſt, verba in factum temperare, nec hinc etiam ab eo calumniæ juramentum po-

poscere, debent. *arg. l. 16. ff. de jurejur.* singulariter devoti enim esse debent subditi erga Dominum & Principem suum. *Vid. Marp. 2. Conf. 14. n. 214.* An verò ipsum sine venia in jus vocare possint, quæstio est in utramque partem disputata.

§. 4. Non vero solùm boni subditi est, præsentiam Principis submisse colere, sed & de Domino absente optimè sentire, ejusque facta in meliorem partem interpretari, & ab aliorum maledictis pro viribus defendere ipsum oportet; si enim ad plura tenentur subditi, quam vasalli, vasallis autem hæc quoque incumbant vi vasallagii præstiti; multò magis id incumbet subditis. *vid. Bursat. 2. Conf. 147. n. 33.* Et licet interdum Archon non omnia ex placito cujusvis subjecti agat, non ideò tamen conviciandus; quis enim ignorat multa sæpe bene quidem concipi, sed non ita facilè expediri, & quamvis etiam solito durius imperet, manet tamen Dominus, qui & suum aliquando justissimum habebit Judicem.

§. 5. Et hinc est, quod hodiè non ita facilè de domino territorii conqueri possint subditi, *artic. 3. Capit. Leopold. Conf. Marpurgens. d. Consil. 14. num. 214.* verùm judicium Aulicum, vel Camera Spirensis prius informationem ab Archonte petit. *artic. 18. Capit. Leopold. R. J. 1654. §. 105.* quamquam tamen adhuc mandata vel cum vel sine Clausula, secundum personarum & causarum qualitates dari possint, *vid. Blum. ad Proc. Cam. tit. 34. §. 39. & seqq.* Hoc speciale est in personis Principali dignitate splendidis, die Fürstmäßig sind/ ut scil. illæ à subditis in quibusdam causis coram Austregis, per modum simplicis querelæ, conveniri debeant, cæteræ enim personæ Illustres in prima instan ia coram Camera, de injuria subditis illata, respondent. *vid. Ord. Cam. p. 2. tit. 4. §. 18. tit. 5. §. 1. Blum. d. l. tit. 27. §. 52. 168. 169.* in multis tamen hodie territoriis receptum, ut Domini coram judicio provinciali à subditis conveniantur, præprimis si res sint Cameram Principis concernentes. *Dn. Hbetius de subd. immed. c. 6. num. 30. Conf.* Jehnische Hof-Gerichts-Ordn.

§. 6. Patet hinc quam graviter peccent subditi, quando contra dignitatem aut splendorem Principis aliquid moliuntur. *Brunneman. Process. inquis. c. 9. n. 25.* cumvé maledictis proscindunt,

dunt. *Exod. 22. v. 28. Dn. Struvius Exerc. 48. §. 21.* libello famoso distrahunt. *Refeld. de J. Revent. c. 3. membr. 4. num. 25.* aut etiam sine justa & gravi causa ad litem provocant. *R. J. 1654. §. 108.*

§. 7. Cæterùm, ut omnium societatum fundamentum candida fides est, sic & eadem illa maximum Reipubl. etiam firmamentum, & hinc tantæ curæ Archonti, ut ipsam jurejurando ab omnibus exigat subditis, & hi eapropter etiam ad omnem fidelitatem & promotionem commodi Principis, præprimis autem teneantur, non revelare aut hosti nuncio, vel literis indicare secreta Domini, sive illa istis concredita, sive ea ipsis aliunde innotuerint, *l. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. Maj & Brunnem. ad h. l. n. 6.* multo minus interesse conventibus contra Principem initis sive in illis aliquid directè sive indirectè concipiatur, proponatur aut statuatur; *art. 7. & 9. Capit. Leopold.* non concitare subditos, aut iis ansam dare ad rebellionem. *art. 2. Cap. Leopold. vid. etiam Limnæus Tom. 5. p. 241. l. 1. §. 1. l. 4. ff. ad L. Jul. Maj.* non recipere literas ab hoste, neq; occultare, sollicitare aut subsidiis juvare eum; *l. 1. §. 1. l. 4. ff ad L. Jul. Maj.* Non cooperare consilio in necem ministri status, ad evertendam rempubl. *l. 5. C. ad L. Jul. Maj. Brunneman. ad l. 1. ff. ad L. Jul. Maj. n. 4.* sed si fiant conscii horum criminium, ea denunciare. *Brunneman. ad l. 5. C. ad L. Jul. Maj. n. 32. 33.*

§. 8. Qui secus faciunt severè quidem plectuntur, (quid enim pejus quam offendere eum, qui pro omnium salute vigilat, quid detestabilius, quam turbare quietem Reipubl. ex qua à omnes ferè vitam trahunt?) verùm cum non semper idem delictum perpetrent, nec eadem in illos statuitur pœna. *Vid. Carpz. prax. crim. qu. 41. Brunneman. proc. inquis. c. 9. Rauchdorn. pract. crim. v. 3. art. 2.* quanquam omnes Rei læsæ superioritatis sic enim vocare hoc delictum liceat, Status cùm Imperii per se non habere propriissimè sic dictam majestatem constet, quia tamen illa Majestati est analoga, crimen etiam hoc analogicum erit. *vid. Magn. Dn. Struv. Exerc. 49. §. 19.*

§. 9. Ex prædictis quasi suâ sponte fluit, ut subditus delinquens in Dominum gravius puniatur quam delinquens in non-Dominum, ob majus sc. vinculum quod ad respectum, observantiam, obsequium & fidelitatem eum obligat. *Vid. Cardi. Tusch.*

Tusch. Lit. S. Concl. 712. per tot. Modò delictum sit apertum; nam non facilè v. c. dolum committere erga Principem præsumuntur. *Bursat. 2. Cons. 152. n. 51.* Præterea ex hac fidelitate ac devotione subditorum colligunt, Subditos non esse legitimos testes in causis Domini: *Bertrand. 6. Cons. 153. n. 8.* nisi aliter veritas haberi nequeat, *Carpz. Prax. Crim. part. 3. quæst. 114. n. 45.* quo tamen etiam casu à juramentis, quo Dominis sunt obstricti, quoad talem actum testimonii ferendi, absolvi debent. *B. Dn. Richter. 1. Decis. 31. n. 26. 27.*

CAPUT VII.

De

POTESTATE DOMINI TERRITORII, ET RELATIVA SUBDITORUM OBLIGATIONE, RATIONE FACULTATUM CORPORIS.

§. 1.

RESpubl. licet optimè composita legibus, viribus tamen ea si destituta, omnium illa exposita libidini; Legibus ergo non tantùm decorata, sed & armis sit firmata, necesse est. *Pr. proëm. J. Arist. 3. Pol. 8.* ut non tantum statuere optima, eaque exequi, sed & ipsos quoque subditos ab injuriis exterorum tueri Princeps possit. Et quidni suo Archonti omnibus viribus succurrent? quid enim gloriosius, quam pro Patriâ occumbere, cum hi perpetuò per gloriam vivere dicantur? *pr. J. de excusat. tut.* quid remanet salutis subdito, lapsâ Republ. quia omnia ob Remp. habet? *Livius L. 26. c. 36.*

§. 2.

§. 2. Poteſt hinc igitur Dominus territorii arma imponere ſubditis, vel ipſi eadem ſibi comparant, pro obſervantiâ regionis. *Dn. Fritſch. de jure ſequel. c. 8. §. 8.* eosque, pro neceſſitate & gravitate inſtantis vel metuendi belli, luſtrare & ad ſequelam poſcere: *Vid. art. 8. Inſtr. Pac. art. 18. Capit. Leopold. R. J. 1555. §. 34. Magnific. Dn. Struv. Ex 50. th. 41. Brautlach. jure publ. l. 8. c. 6. §. 7.* Niſi in ſpecie exemtis inhabitent bonis; *Mevius. p. 8. D. 376.* aut ſint Profeſſores, Doctores, Licentiati, Advocati, Paſtores, Præceptores; *Klock. de contrib. c. 15. n. 8. Fritſch. d. l. c. 7. §. 2. & 6.* Nobiles, Forenſes; *Mevius. p. 7. D. 70.* Senes, Imbelles: *Brunnem. ad l. 4 ff. de muner.* quæ perſonæ ad luſtrationes non trahendæ, niſi ſumma neceſſitas & periculum id exigat. *Dn. à* Seckendorff. *p. 2. c. 10. §. 9. n. 2.* Quia autem non ſemper ut omnes ſequantur Dominum neceſſe, hinc tertius vel quartus &c. pro neceſſitate exigentiæ ad defendendum Dominum evocatur: vel, ut defenſio melius ſuccedat, nec ineptus habili immixtus, omne negotium in diſcrimen trahat, hinc hodie ut plurimum delectus ein Außſchuß haberi ſolet. *Dn. à* Seckendorff. *p. 2. c. 10. n. 1. 8. Dn. Fritſch. d. l. c. 3. §. 1. 2. 3.* qui tempore pacis exerceri ſolet, ut bello adſveſcat. *Klock. de contrib. c. 3. n. 262.* Ne etiam incultus maneat ager (niſi caſus neceſſitatis aliud poſtulet,) ſolent ruſtici in agris ſuis relinqui, & cæteri tantum ſine quibus campi ſubigi posſunt, ad ſequelam ſeligi. *Vid. Ren. Choppin. de Privil. Ruſtic. l. 1. c. 1. ſeqq. paſſim.*

§. 3. Et hi vel defendunt Dominum in fortalitiis aut caſtris intra territorium exſtructis, vel etiam extra territoria cum eo eunt, ſi ſcil. e. g. Dominus ſibi ablata repetat. *Myler de ſtat. p. 2. c. 76. §. 2. Roſenthal. de feud. c. 8. concl. 25.* & quidem contra omnes excepto Imperio, non tantùm ſi certatur de bonis, ſed etiam ſi Dominus injuriam dignitatis, famæ aut æſtimationis pasſus. *Vid. plur. Lampad. de Rep. Rom. p. 3. c. 18. §. 13. Maul. de homag. tit. 5. n. 5. 6* in dubio enim credant ſubditi, Dominum juſtam habere bellandi cauſam, in primis quòd hodie communicatis ante (ut plurimum) cum Statibus provincialibus conſiliis, ſuſcipiantur à Domino bella. *Vid. M. ab* Ehrenbach. *d. l. p. 2. c. 45. n. 2.* Fit hoc tamen ſumtibus ipſius Archonus. *Myler. d. l. p. 2. c. 67. §. 6. 7. Dn.*

Fritſch.

Fritsch. d. l. c. 8. §. 9. quos autem utplurimùm ab incolis reposcit. *Klock. d. l. c. 3. §. 311. 312.* Et quidem porro ad sequelam tenetur subditus in personâ. *Vid. Brunnem. ad. l. 6. C. de Eccl. num. 4.* nisi æque habilem cum consensu Domini offerat. *Myler. d. c. 76. §. 3. Magnific. Dn. Struv. Syntag. feud. c. 11.* exceptio est in persona Illustri, *arg. l. 3. §. 1. l. 10. ff. de Muner.* & Vasallo Landsassio extra territorium habitante, qui per substitutos serviunt.

§. 4. Requiritur autem à defendente Principem, ne evagetur extra turmas. *l. ult. C. de desert. l. 3. §. 16. ff. l. 13. C. de re milit.* ne Duci jubenti resistat. *l. 13. §. 4. ff. eod.* sed gnaviter & strenuè suum præstet officium, cum observantiâ excubiarum & stationum defensione, ad ultimum vitæ halitum usque: *l. 3. §. 5. 6. l. 10. ff. de re milit. Zasius ff. ad l. Jul. Maj. n. 7.* Nec est, quod offerendo pecuniam se subducere possit, nisi consentiat Dominus. *Maul. d. l. tit. 5. num. 39.* quanquam Princeps in casu necessitatis pro sequelâ pecuniam exigat. *Myler. c. 76. §. 5. Fritsch. d. c. 8. §. 6.* & hæc etiam de Vasallis Landsassiis, qui scil. equites se sistunt, ferè intelligenda sunto, Rosenthal. *d. l. c. 8.* uti etiam de iis, qui in quibusdam locis ex bonis allodialibus servitia equestria, Roßdienste/ præstant.

§. 5. Ne etiam facinorosi sine pœnâ evadant, receptum, ut subditi reos aufugientes perpetrato crimine prosequantur, quò ita justè in eos animadverti possit. *Dn. à* Seckendorff. *p. 2. c. 10. §. 5.* Introductus est etiam mos hic in multis regionibus, ut maleficos custodire debeant, vel etiam comparere cum armis, quando reorum executio facienda, ut sic omni excessui in tempore obveniatur. *Dn. Fritsch. d. l. c. 9. & 10.*

§. 6. Competit quoque Autocrateri jus forestale, venatum arcescendi subditos, vel ut cum equis & curribus ad vehenda retia &c. se sistant. *Myler. d. l. c. 73. §. 14. 15.* Westenholtz *de jurisd. forest. c. 5. §. 68. c. 4. §. 41.* Et has operas, uti nec ipse Princeps in pecuniam subditis invitis convertit, ita nec subditi præstando interesse ab hoc onere liberantur. *Dn. Fritsch. d. l. cap. 11. §. 3.*

§. 7. Ubi etiam Dominus id exigit ac jubet, ad splendiorem suum apparatum reddendum, zu Ehrenfällen / tenentur

 subdi-

subditi armati comparere *Generos. Dn. à* Seckendorff. *p. 3. c. 5. §. 14. Maul. d. l. tit. 5. n. 5.* sic etiam diætis provincialibus in personâ interesse debent Status, nisi eos infirmitas aut alia necessaria impediant. *Dn. à* Seckendorff. *p. 2. c. 45. §. 4. Fritsch. de convent. provinc. c. 5. §. 1. M. ab* Ehrenbach. *d. l. c. 45. §. 4.* & quidem utroque casu sumtibus Domini. *Laudatiss. Dn. à* Seckendorff. *d. l.*

§. 8. Ad ministeria aulæ verò regulariter hodie non coguntur subditi, quanquam, si velint alii suas locare operas, semper præferatur Dominus, eandem promittens mercedem. *Brunnem. ad l. 26. ff. locati. n. 11. 12. Dn. Bechman. de jure fam. hodiern. c. 2. §. 27.* Sed Dominus potest quemlibet, etiam extraneum ad sua conducere servitia, nisi reversalibus aliud introductum sit; quale est jus præsentandi Ministros e. g. judicii provincialis ab Archonte confirmandos. *Vid. Brunnem. c. 2. D. 95.* jus indigenatus in nonnullis locis adhuc hodie receptum. *Vid. Dn. Becman. de Indigen.* qualia pacta subditorum cum suis Principibus, non sine ratione esse videntur, nam quorum sunt onera, eorum etiam esse debent fructus honorum, & sanè indigenæ semper magis propensi in Patriam & con cives, quam extranei, præsumuntur. *Dn. à* Seckendorff. *c. 5. §. 8. n. 3.* Nam,

— — *Dulcedine cunctos*
Ducit & immemores non finit esse sui.

Vid. plur. Puffend. de obl. erga patr. §. 2. & seqq. Sine causâ tamen ut semel receptos non facilè deponat, Principem bonum decet, licet ex merâ gratia promoti sint. *Magn. Dn. Lyncker. de Benepl. Sect. 2. c. 1. §. 2.* turpius enim hi ejiciuntur, quam non admittuntur, & rarò ejusmodi rejectiones sine omni famæ sugillatione esse solent. *arg. l. 51. §. 1. ff. de manumiss. testam. & Brunn. ad h. l. & ad l. 3. C. de Sportul. n. 4.* Multominus autem subditorum est, sine necessitate aut alia gravi causa officia sua resignare Domino, dem Herren den Stuhl vor die Thür setzen/ sed gratorum est servire constanter.

§. 9. Viæ, portus, pontes ac mœnia ut sarta tectaque habeantur, cùm Principis maximè intersit, quo eò melius consociari vel defendi subditi possint; hinc Archon imperat subditis ut portus & urbes defensioni aptas vel circumvallent vel diruta muni-

menta

menta redintegrent & vias reparent. *Klock. de Contrib. c. 9. num. 91. &c. Müller de via publ. §. 30.* exempti tamen hodie in multis locis, Clerici. *Brunnem. ad auth. Nulls. C. de Episc.* Nobiles, Literati. *Mevius. p. 7. D. 70. n. 5. Brunnem. ad. l. 12. C. de excusat. muner. n. 12. & 21.* Privilegiati specialiter præscriptione, consvetudine aut pacto. *Mevius. p. 3. D. 181. n. 1.* Cæterùm quod Dominus territorii in suis ditionibus fontalitia, Festungen / Schantzen / de novo quoque erigere possit (*arg. l. 10. C. de edit. privat. l. 2. C. de fund. limit.*) etiam non requisito Imperatoris consensu, ad defensionem scil. non verò molestiam aut æmulationem alterius aut etiam contra privilegium vicini; nullus dubito. *Conf. R. J. 1567. §.* wiewol wir nun.

§. 10. Imperat etiam subditis Archon operas Angarias & parangarias dictas. *Myler. ab* Ehrenbach. *p. 2. c. 72. §. 1. 2. Dn. Richter. de curs. publ. c. 1. §. 3. 8.* quales sunt: quando res militiæ transportandæ. *Fritsch. d. l. c. 8. n. 49.* aut etiam comitatus Principis transvehendus. *Dn. Richter d. l. c. 3. §. 6. Myler. d. c. 72. §. 3.* à quarum necessitate nemo immunis, ne quidem Ecclesia. *Brunnem. ad l. 22. C. de Angar. n. 31. Dn. Rhetius de jure port. c. 4. num. 29. &c.* sed omnes eas præstare debent suis sumtibus. *Myler. d. c. 72. §. 8.* quanquam aliàs exemti Clerici. *Dn. Rhetius d. l. c. 4. n. 32. 33.* Literati. *Brunnem. ad l. 10. ff. de excusat. mun. n. 3. vid.* Rosenthal. *c. 5. concl. 72.* Imò hodie eædem, præterquam in bello aut ex speciali pacto vel observantiâ, rarò exiguntur. *Dn. à* Seckendorff. *p. 3. c. 3. reg. 9. §. 3.*

§. 11. Moribus multarum regionum denique etiam homines proprii & qui eorundem bona possident, die eigenbehörige Güterhaben / aliivè rustici, tenentur Domino peculiariter ad operas. *Mevius. p. 3. D. 181.* Engelbrecht *de oper. rust. §. 34. & 1. Erhard de oper. rust. §. 21.* determinatas vel indeterminatas, pro more loci. *Habn. ff. de oper. libert. n. 4. Erhard d. l. §. 7.* cum equis & curribus Pferdsfrohndienste / mit einem Span: uti die Ausspanner / Volle und Halbmeier: vel manu, uti die Kotter / Hintersattler / Brincksitzer / præstant. Engelbrecht *d. l. §. 26.* & quidem regulariter proprio victu & instrumentis. *Habn. d. l. n. 4. Richter. p. 2. D. 98. n. 10.* Nisi consvetudo aut pacta aliud ferat. *Husan. de*

propr. hom. c. 6. n. 91. &c. non autem possunt hæ operæ à Domino invitis subditis in similes; *Erbard. d. l. §. 7. B.* multominus in pecuniarias præstationes converti. *arg. l. 5. l. 23. §. 1. C. de agric.* nisi in casu necessitatis, *arg. l. 1. C. de oper. libert.* intermissarum operarum, *Habn. d. l. n. 4.* vel quando operæ aliàs essent inutiles. *Brunnem. ad l. 25. ff. de oper. libert.* quanquam eas alteri cedere aut locare cum territorio Dn. possit. *Balthasar. de oper. subd. c. 18.* Engelbrecht. *d. l. §. 29.*

§. 12. Dixi hactenus subditos esse obligatos omnimodo Principem juvare ac defendere eique adsistere, cujus consequens, omnino iis nefas esse, insidiari vitæ Archontis. *Zasius ad l. Jul. Majest. n. 7.* eumvè conjuratis invadere hominibus, aut etiam Ministros illius enecare ad statum sic evertendum. *Brunnem. ad l. 5. C. ad l. Jul. Maj. n. 4. Eckold. ff. b. tit. §. 8.* Sic etiam non licet in injuriam Domini quid inchoare. *Magnific. Dn. Struv. ex. 48. §. 21.* v. g. injussu Principis gerendo bellum privatum contra extraneos, *Brunnem. ad d. l. 5. n. 11.* excubias turbando, *Carpzov. p. 4. c. 13. D. 4.* & quæ sunt alia hujus generis temeraria maleficia.

§. 13. Nec tantum Domino territorii sic obligatur subditus, sed etiam ne lædat cæteros in Rep. viventes, quam plurimis legibus cautum, quas quia satis tot Commentarii illustrarunt, ne in opus hoc compendium excrescat, Benevolum Lectorem ad eos remitto & ad caput sequens progredior.

CAPUT VIII.

De

POTESTATE DOMINI TERRITORII, ET RELATIVA SUBDITORUM OBLIGATIONE, RATIONE RERUM.

§. 1.

§. 1.

DIxi in præced. de dignitate ex splendore Domini territorii; egi quoque de legum executione, regionis tutela & aliis subditorum servitiis, ad salutem Reip. necessariis. Restat itaque, ut, quomodo sumtus illi, quibus cuncta hæc Reip. requisita sustinentur, ex bonis subditorum desumi possint, doceam. Scil. cum singuli omnibus viribus commodum Principis promovere teneantur, & verò sine subsidiis ipsorum Resp. salva esse nequeat. *Novell. 149. c. 2. Tacitus. L. 4. Hist.* hinc non solum de rebus suis Archonti pro necessitate status contribuere debent, *conf. Dn. Conring. de Contribut. §. 2. &c.* sed ipsa bona etiam omnia subditorum certo modo dominio eminenti subjacent. *Brunnemann. ad l. 9. C. de oper. publ. n. 2.* Et licet illa alias privilegiata. *B. Richter. part. 2. dec. 70. num. 59. Dn. Stryk. de motu propr. princip. c. 2. num. 37.* tamen in subsidium obligata sunt. *Mevius p. 7. D. 144. n. 7.*

§. 2. Distingvuntur autem res in universum, quod aliæ sint privatorum patrimonio & usui subjectæ, aliæ verò non sint subjectæ. *pr. I. de rer. divis.* & illæ singulorum *vel* secundum quid, ut scil. re istâ uti possint, ita tamen, ut alios, qui idem jus habent, ab eadem arcere nequeant, quo refero res communes, publicas & universitatis; *vel* simpliciter, ut in iis habeant plenum dominium. Hæ vero vel sacræ, ecclesiasticæ, religiosæ vel domaniales: Quæ utræque subdistingvuntur in mobiles & immobiles. *de quib. plur. vid. DD. ad tit. ff. de rer. divis. de acquir. rer. dom.*

§. 3. Sacras, res suas, nisi autoritate principis, subditi efficere nequeunt. *vid. art. 5. § hoc tamen non obst. Instr. Pac. B. Brunnem. ad l. 9. ff. de rerum divis. n. 1.* Ministeriis tamen ecclesiæ, Scholæ, &c. aut in harum conservationem suas res dedicare pro arbitrio possunt, nisi lex aut consvetudo translationem prohibeat. *vid. M. ab* Ehrenbach *p. 2. c. 88. n. 21. Dn. Rhetius. de secular. c. 3. n. 32. &c.* Administrationem verò quod attinet, de ea præsente Magistratu rationes reddere, illi quibus ea commissa est, tenentur. *Dn. Rhetius de jure circa sacr. c. 3. n. 24. Naumbt. de ration. §. 18.* nec bona hæc, quicunque etiam necessitatis casus contigerit, sine Domini permissu alienare possunt. *Brunnem. ad Auth. hoc jus porrectum.*

C. de

C. de eccles. n. 15. Dn. Rhetius d. l. n. 20. ipse tamen Avtocrater eadem *vid. Dn. Rhetius de secular. c. 4. n. 66.* in alios pios usus, nisi aliud pacto aut lege statutum *vid. R. I. 1555. §. 16. 21. art. 5. §. omnia Instr. Pac.* convertere; *Myler. d. p. 2. c. 8. n. 12. 13.* vel eadem in casu necessitatis secularisare potest. *Dn. Rhetius d. l. c. 2. c. 7. n. 2. 3.* quanquam deceat principem, ut ecclesiæ necessitatem denunciet, eique intereffe, si fieri possit, alio modo præstet. *Dn. Rhetius c. 3. n. 6. c. 6. n. 42.* fugiat etiam omni modo secularisationem, Deo enim quod consecratum, citra necessitatem summam non est auferendum. *Seidel. de jure doman. ass. 6. §. 1.*

§. 4. Ut purum locum in religiosum quis convertere poterat, olim non raro Principis consensus impetrabatur, supplici libello. Notabilem inscriptionem hæc confirmantem, inveni in *Brissonii selecl. & J. Civil. antiq. l. 3. c. 7. circa finem. his verbis:*

CUM ANTE HOS DIES CONJUGEM ET FILIUM AMISERIM, ET OPPRESSUS NECESSITATE, CORPORA EORUM FICTILI SARCOPHAGO COMMENDAVERIM, DONEC IS LOCUS QVEM EMERAM ÆDIFICARETUR VIA FLAMINIA INTER MILLIARUM II. & III. PARTE LÆVA, ROGO DOMINE IMPERATOR, PERMITTAS MIHI IN EODEM LOCO IN MARMOREO SARCOPHAGO, QVEM MIHI MODO COMPARAVI, EA CORPORA COLLIGERE, UT QVANDO ME ESSE DESIERO, PARITER CUM IIS PONAR.

SEPULCRUM FIERI PLACET

JUBENTIUS CELSUS PROMAGISTER SUBSCRIPSI. III. NON. NOVEMB. ANTIO POLLIONE ET OPIMINIO COSS.

Hodie verò à Magistratu ecclesiastico etiam certa constituuntur cœmiteria *Magn. Dn. Struv. Jurispr. l. 2. c. 1. §. 11. Dn. Bechman. de prærog. princ. c. 3. §. 6.* ut hinc mortuos in alium, quàm designatum locum, deferre nemo queat. *Noricus ad §. 9. I. de rerum divis.*

§. 5. Res communes vindicat hodie Princeps. *Dn. Rhetius de jure port. c. 2. n. 13. Eckold. ff. de acquir. rer. dom. §. 25.* Sic v.

g. Maria

g. Maria ejusque littora dominio illius subesse, cujus territoria alluunt ut sine permissu ipsius nil in istis fieri possit, post alios tradit *Noricus ad §. 3. l. de rer. divis.* quare quicquid in illis reperitur ad Dominum pertinebit, non inventores. *B. Brunneman. ad l. 3. ff. de rer. divis. E. kold. c. l. §. 20.* sic etiam Jus venandi aut aucupandi Princeps justè sibi addicit. *Dn. Becbmann. d. l. c. 5. §. 11.* Westenholtz *de jurisd. forest. c. 2. conf. etiam Magnif. Dn. Struv. Syntagm. feud. c. 6. §. 7.*

§. 6. Nec minus hodie publicæ res Principis sunt, cum omni jurisdictione & emolumento fluminum & portuum, nec licet ulli piscari aut molendina in iis construere: *Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 28. n. 5.* nisi ipsius concessione: *Magnif. Dn. Struv. d. l. c. 6. §. 7. n. 6.* sic etiam usus riparum in multis locis ad Archontem pertinet. *Dn. Rhode de jure ripar. c. 3. §. 6. c. 6. §. 13.*

§. 7. Res universitatis quod attinet, quanquam earum administrationis rationes poscere possit princeps, dominium tamen & commodum manet communitati, ad quam pertinent. *Dn. Rhetius de subdit. immed. c. 4. n. 73. &c.*

§. 8. Bonorum Domanialium Archon quidem Dominus est & omnem utilitatem ex iis capit, alienare tamen ea nequit. *Dn. Stryck. de salv. jur. princ. c. 1. n. 26. & seqq. vid. egregium Respons. hac de re apud Brunnemann. cons. 1. per tot.* &, si quid horum in alterum transfert, alienatio irrita est. *Seidel. de jure Doman. ass. 10. §. 1.* & à successore vindicari potest, nisi subditi hæc bona jam tum XL. annos; *Brunnem. ad l. 2. c. comm. usuc.* vel juxta alios tempore immemoriali, possederint. *Vid. Myler. p. 1. c. 33. § 3.* in casu tamen necessitatis, adhibitis in consilium aut consensum, pro more regionis, statibus provincialibus, res has in alium transferre posse creditur. *Seidel. d. l. ass. 12.*

§. 9. Rerum denique suarum licet privatus sit Dominus, & omnibus istarum proventibus fruatur, tamen non nisi juxta normam legis aut consvetudinis super iis disponit, sic v. g. alienationes in quibusdam locis aliter ratæ haud sunt, quàm si fiunt judicialiter: parentes non possunt omnia bona extraneis donare, sed liberis legitima est relinquenda. *Vid. l. 5. C. de inoffic. donat. & Brunnem. ad h. l.* Has tamen res quoque Princeps in casu necessitatis

pro Rep. impendit. *Gail. 2. obs. 56. n. 1. &c.* ita vero ut subditis à concivibus interesse præstetur. *Brunnem. ad l. 9. C. de oper. publ.* si scil. illas servare aliàs potuissent. *arg. l. 3. §. 7. ff. de incend. Dn. Rhetius de absolut. Princ. pot. c. 3. n. 173.* pro lubitu autem eas sibi appropiare nequit, nam text. ille *1. Samuel. 8.* refert saltem Regum Mores potestate suâ abutentium. *vid. Klock. de contrib. c. 1. num. 16.* Wissenbach. *C. de LL. §. 8.* ut hinc ad Domini territorii legitimam potestatem adplicari non possit. *Vid. Dn. à* Seckendorff. *p. 2. c. 4. §. 1. 5.* Thesaurum verò; *Brunnemann. ad l. un. C. de thesaur. num. 8.* Metallifodinas, salinas &c. licitè fisco vindicare, vel has pro certa pensione subditis relinquere potest. *Magn. Dn. Struv. d. l. c. 6. §. 26.*

§. 10. De ipsis subditorum bonis hactenus egi: nunc ergo dicendum de præstandis ratione harum vel etiam personarum subditorum. Constat autem nervum rerum gerendarum in Rep. esse pecuniam, *ut ait Tacit:* sine quo nec pacis nec belli tempore, rectè officium suum gerere potest Princeps: hinc ut de rebus suis ad promovendam Reip. salutem subditi conferant, æquum est. Contribuunt ergo vel ordinariè, tributa realia, personalia & mixta; vel extraordinariè, collectas, quæ hodie ferè indefinita.

§. 11. Realia regulariter propter fructus jure Dominii vel quasi perceptos, *Klock. de contrib. c. 11. num. 100. 103.* in loco rei sitæ, *Mevius. p. 2. D. 72. 372.* ab omnibus subditis *Gail. 2. obs. 52. num. 11. B. Richter de tribut. c. 4. §. 2. 3.* exiguntur. Sic præstanda ab usufructuario; *l. 27. §. 3. l. 52. ff. de usufr.* nisi usufructus minor collectis. *Brunnemann. ad l. 27. ff. de usufr. num. 4.* Nec non à Viduâ ratione dotalitii: *Carpzov. p. 3. c. 16. D. 12. num. 3.* & à Marito ratione fundi dotalis constante matrimonio. *Vid. l. 13. ff. de impens. in res dot.* debentur ea etiam ab emtore: *Brunnemann. ad l. 42. ff. de pact. num. 2.* Nisi venditor in se hoc onus susceperit & pactum illud à Principe confirmatum sit, *Carpzov. p. 2. C. 31. D. 21. num. 2.* citra hanc confirmationem enim licet contrahentes aliud inter se pacti fuerint, tamen emtor, si venditor morosus, contribuit, salvâ ipsi competente negotiorum gestorum actione contra venditorem. *Tabor. de Metat. p. 3. sect. 2. c. 1, num. 17.* Porrò

exiguntur à locatore. *arg. l. 19. l. 36. ff. de usur. l. 39. ff de usufr. l. 72. §. 5. ff. de administ. tut. l. 1. C. comm. de usur.* quamvis alii hic distingvant inter conductorem longi temporis, & simplicem, ut ille teneatur ad collectas, *arg. l. 1. ff. si ager vect. l. 1. §. 3. ff. de superfic.* hic vero eas repetere possit. *Klock. d. l. c. 11. n. 164. & quos allegat. Brunnemann. ad l. 32. ff. de administ. tutel. num. 4.* quam tamen distinctionem non sine ratione rejicit Mevius. *de pension. qu. 4. num. 22. arg. l. 39. ff. locat. l. 2. C. de praescript. 30. ann. vid. etiam Zasius ff. locat. qui num. 14. ad contraria Resp. & utroque casu conductori, si ea persolvit, repetitionem concedit.* Praeterea exiguntur ea ab Emphyteuta, licet etiam bona habeat ab Ecclesiâ; *Klock. d. l. c. 11. num. 189. &c.* à Legatario; *Klock. d. c. 11. num. 104. Brunnemann. ad l. 2. C. de annon. num. 10.* à creditore, si scil. ipsi res adjudicata. *Mevius. p. 7. D. 111. Carpz. p. 3. c. 16. D. 10. num. 7. 8. B. Dn. Richter. p. 2. D. 70. n. 20.* Non vero poscenda regulariter haec tributa ab iis, qui jure retentionis bona alicujus habent, *Carpzov. p. 2. c. 25. D. 27.* aut à Clericis, *Mevius. p. 5. D. 222.* nisi bona jam tum allibrata, (h. e. collectis supposita) ad eos pervenerint. *Gail. 2. obs. 52. num. 12. Brunnemann. ad l. 5. C. de eccles. Maul. de homag. tit. 9. num. 61.* vel bona habeant patrimonialia; *Brunnemann. ad l. 3. C. de episc. num. 1. 2. 3. Dn. Rhetius de secular. c. 6. §. 8. &c.* nec à Professoribus, *Mevius. p. 7. D. 143.* aut à Doctoribus, Licentiatis, Advocatis &c. *Klock. d. l. c. 15. n. 104. &c.* qui tamen hodie in multis locis ratione rerum contribuunt. *Carpzov. p. 3. c. 16 D. 10. Brunnemann. ad l. 6. C. de advocat. n. 5.* Nec quoque regulariter à Vasallis Landsassiis ratione eorum bonorum de quibus servitia equestr. Ritterdienste praestantur: *Brunnemann. ad l. 6. ff. de muner.* (secus verò in Nobilibus, qui bona quondam rustica in feudum recognovere sine tali onere, *Mevius. p. 8. D. 87.* multominus si ea jure hereditario tantum possident. *Mevius. p. 7. D. 70. Erhard. de oper. rust. §. 21.*) Nec etiam ab immunibus consvetudine, *Mevius. p. 3. D. 181. Tabor de Metat. p. 5. sect. 2. c. 1. n. 7.* & privilegio, sc. non generali, *Mevius p. 8. D. 106. Gail. 2. obs. 52. num. 20.* sed speciali munitis. *Brunnemann. ad l. 3. C. de Muner. patr. n. 8.* item nec ab illo, cujus bona non catastrata. *Mevius. p. 4. D. 54.* aut qui non subjectus potestati Domini.

Mevius p. 3. D. 130. aut à patre duodecim liberorum. *Brunnemann. ad l. 24. C. de decur. n. 46. Klock. d. l. c. 13. n. 80. &c.*

§. 12. Hospitatio licet etiam onus reale sit, & quodammodo species tributi. *Mevius p. 8. D. 96. num. 8. Brunnemann. ad l. 4. C. de Episc. num. 7. Klock. d. l. c. 12. num. 83.* non tamen semper firmè ab immunitate tributorum ad exemtionem hospitationis licet argumentari. *Latius hac de re vid. M. ab* Ehrenbach *p. 2. c. 80. §. 6.*

§. 13. Mobilia etiam sub censum veniunt in loco domicilii. *Klock. d. l. c. 11. num. 62. 63.* Sunt autem res ejusmodi: pecunia fœnori aut sub cambiis trapezitis data: *Brunnemann. ad l. 22. ff ad Munic. num 3.* vel in emtionem prædiorum sub pacto retrovenditionis collata: *B. Richter. p. 2. D. 70. n. 24. Dn. Rhetius de catast. §. 16.* clenodia, annuli, vasa aurea &c. *Klock. c. 17. n. 76. &c. R. J. 1544. §. 27.* nisi quotidiano usui destinata. *Conf. d. R. J. §. 45.* item nomina exigibilia. *Dn. Rhetius d. l. §. 15.*

§. 14. Personalia imponuntur omnibus individuis, sive res habeant, sive non, *Klock. d. l. c. 1. num. 294. c. 17. n. 199.* in loco domicilii, non verò rei sitæ. *Chop. de tribut. §. 42.* & hinc à conductore præstantur sine repetitione: *Brunnem. c. 1. D. 6.* à cive, licet etiam privilegiatas inhabitet ædes. *Mevius. p. 3. D. 130. num. 7.* Refertur etiam huc, quem rustici persolvere tenentur, census, vulgò die Leibsteuer dictus. *Klock. d. l. c. 1. n. 250.*

§. 15. Mixta exiguntur à negotiatoribus & cæteris, qui labore suo sibi divitias quærunt, licet alias privilegiati sint. *Mevius. p. 3. D. 311. D. 321.* propter emolumentum scil. mercaturæ, artificii & cæterarum, quas exercent, operarum, *Klock. c. 17. n. 70. &c.* ubi tabernas habent. *Brunnemann. ad l. 22. ff. ad municip. n. 3. 4.*

§. 16. Extraordinariæ etiam pensiones, quæ tamen hodie sæpe consvetudine aut præscriptione in ordinarias mutantur, *Brunnemann. ad l. 1. C. de indict. num. 5.* Rosenthal. *de feud. c. 5. concl. 75. num. 7. 8.* ab omnibus subditis, qui non exemtionem docent, institutis à Principe diætis provincialibus, & in iis requisito adsensu Statuum, *Dn. à* Seckendorff. *p. 3. c. 3. reg. 8. §. 20. Textor de jurisd. territ. § 100. Dn. Rhetius de accis. c. 5. n. 3.* in loco rei sitæ præstantur: *Brunnemann. ad l. 4. C. de incol. num. 7.*

quarum

quarum singulas species hic recensere, nimis longum foret, *vid. curiosus L. Klock. de ærario.*

§. 17. Acquiritur immunitas ab his oneribus præscriptione immemoriali. *Mevius. p. 4. D. 210.* & sic finiti temporis præscriptio non sufficit. *l. 6. C. de præscript. 30. ann. R. J. 1548. §.* und soll unser: *non obstantibus iis quæ D. Tabor tract. de metat. in medium profert. conf. Magnif. Dn. Struv. ex: 50. §. 75. D. Richter. v. 1. p. 1. c. 23. num. 9. &c.* Fiscus etiam quamvis ipse ob bona fiscalia immunitate gaudeat, emens tamen à fisco solvere debet contributiones. *vid. Kimin. Jun. 1. Consf. 59. num. 58. &c.* hinc puto si immunitas à collectis competit in bonis feudalibus ob alia onera feudalia, illaque bona feudalia esse desinant præscriptione vel principis concessione, tunc ea fieri allibrata & collectis supposita, *& ita ad requisit.* Der G. M. C. B. R. *responsum fuit à Magnifico JCtorum Ordine hujus Academiæ Mens. Octobr. praeced. anni.*

§. 18. Si autem nolit contribuere debitor, fiscus eum & cæteros quorum interest citat, atque sic factâ cognitione, publicè ejus bona vendit, reddito ipsi residuo, quod ex venditione acceperat. *Brunnemann. c. 1. D. 54. & ad l. 13. C. de agr. desert.* quæ tamen requisita adeò necessaria, ut bona his non observatis vendita à Domino vindicari possint: *& ita nuperrimè Resp. Domini Scabini Jenenses.*

§. 19. Cæterùm cum omnium intersit, ut viæ tutæ sint, & securè à negotiantibus vitæ subsidia adferri, superfluaque aliis vendenda exportari possint, hinc Princeps subsidium aliquod à transeuntibus ad sustinendos hos sumtus, qui huic securitatis provisioni impendi debent, pro modo privilegii, concessionis vel præscriptionis, justè poscit. *Vid. Dn. à* Seckendorff. *p. 3. c. 3. reg. 2. §. 1. Gail. 2. obs. 64.* & hoc vectigal omnes pendunt in dubio. *l. 6. C. de vect. Mevius. p. 3. D. 157.* Nisi vel subditi sibi ipsi immunitatem privilegio aut præscriptione immemoriali acquisierint: *Brunnemann. ad l. 10. C. de vect. n. 2. 3.* vel sint personæ illustres, Doctores, Nobiles, Clerici &c. & ad sui sustentationem res emerint. *Dn. à* Seckendorff. *p. 3. c. 3. reg. 2. §. 5. Mevius. p. 7. D. 120. Dn. Rhetius de jure port. c. 3. num. 20. & de accis. c. 4. num. 5. &c.*

vel ad rus colendum emta sibi comparaverint. *Mevius p. 7. D. 121.* Naurath. *hypoth. subdit. §. 42.* vel si ex fundis percepta vendant subditi: *Mevius. p. 7. D. 120.* quæ tamen hodie non ubique observantur. *Mevius d. D. 120. n. 2. 3. Brunnemann. ad l. 2. ff. de publ. n. 2. Eckold. ff. de publ. §. 1.*

§. 20. Et hæc si omiserint persolvere vectigalia, aut deflectendo à via regiâ telonem sic fraudaverint, res eorum in commissum cadit, nisi citra Domini culpam auriga telonium neglexerit, nec ille tantum habeat, ut Domino interesse solvere possit. *Brunnem. ad l. 16. ff. de publ. n. 9. 10.*

CAPUT IX.

De POTESTATE DOMINI TERRITORIALIS, ET RELATIVA SUBDITORUM OBLIGATIONE RATIONE DISSOLUTIONIS.

§. 1.

HActenùs pro ingenii viribus & temporis angustia de ipsa Autocraterum potestate, & relativa subditorum obligatione, quomodo scil. utraque se in objecta diffundat, tractavi. Restat ergo ut de utriusque etiam dissolutione breviter agam, & quid Superior in discessuros subditos possit, & ad quænam hi Domino suo in ipso abitu obligentur, subjungam. Expirat autem hæc superioris & subditi obligatio, vel morte; eaque aut naturali aut Civili: vel discessu voluntario aut coacto, eoque vel non famoso, vel famoso.

§. 2. Morte

§. 2. Morte, si exspirat subditi obligatio, nil potest Archon in bona ejus aut corpus exanime; nisi quando vel improbe vixit defunctus, nulla sc. subsecutâ pœnitentiâ, vel ex publico vel etiam privato delicto condemnatus interiit, his enim casibus pro rei gravitate vel in ora cœmeterii, an der Maur ubi aliàs nemo solet recondi, sepelitur, vel prorsus ad locum famosum à carnifice cadaver traducitur; & si perduellionis fuerit convictus, bona ipsius insuper fisco addicuntur. *l. 5. C. ad L. jul. Maj.* Sic etiam quando nullos habet successores, aut ad restituenda bona indigno fiduciarium heredem obligavit, fiscus bona capit. *Myler. p. 2. C. 68. §. 2. Brunnemann. ad l. 1. C. de delator.* quæ tamen ut & sequentia intelligenda, si verbi gratia Civitates municipales vel Senatus privilegio aut præscriptione sibi hoc jus non quæsierint. *Brunnem. ad l. 1. Cod. de Bon. vacant. num. 6. 7.* Et hæc obtinent in liberis hominibus, proprii verò homines mortui regulariter tenentur Domino ad mortuarium, Erbtheil/ Haubtfall. quod pro diversitate locorum variat, in quibusdam enim regionibus Domino debetur optimum de qualibet re mobili: das beste Pferd/ das beste Kleid. *Erhard. de oper. rust. §. 19. C.* alibi verò, uti in multis locis Gvestphaliæ, recipit dominus dimidium omnium mobilium cum integrâ geradâ & rebus expeditoriis. *vid.* das Ravensbergische Eigentuhmsrecht. *cap. 1. §. 19. 20. 21.*

§. 3. Sponte sua subditi liberi Dominum mutant (*vid. Gail. 2. observ. 35. num. 9.*) præstitâ pro more regionis Gabellâ de bonis omnibus. *Dn. Rhetius de jure emigranti. cap. 4. num. 2. & seqq.* Proprii homines, si diversæ sint religionis, pretio manumissionis, & pro consvetudine Gabella persolutis, libere quidem emigrant; *R. Imp. 1555. §. 24.* cæteri verò nonnisi consensu Domini discedere possunt. Naurath *Hypoth. subdit. §. 81. vid. etiam Mevius* von Abforderung der BauersLeute.

§. 4. Coactum subditorum discessum non famosum, indeque horum obligationis dissolutionem quod attinet, Archon dissentientes ab ipso in religione protestantium vel Pontificia, qui A. 1624. nullum exercitium cultus habuere, discedere jubere valet, *a. 4. 5. I. P.* quod si proprii homines sint, glebas domino poscenti reddere debent. *vid. Mevius Part. 2. Decis. 284.* Ratione discessus famosi

mosi ob delictum condemnati, præstitâ gabellâ, solum vertere debent. *Dn. Rhetius de jure emigr. c. 4. n. 37. &c.*

§. 5. Hæc præstatio gabellæ licet ita regulariter obtineat, exemti tamen multi sunt, uti: Clerici, Ministri Principis, Professores, Doctores, Advocati; *Mevius. p. 7. D. 28. Dn. Rhetius d. l. c. 4. n. 33.* qui ex causa non inhonesta emigrare coguntur. *M. ab* Ehrenbach. *part. 2. c. 63. §. 7. Erhard. de oper.* nicht. §. 30. *E.* fœminæ ratione dotis *Brunnem. c. 5. D. 46.* Nauraht *hypoth. subd. §. 85.* qui muneris suscepti causa alicubi degerunt, aut ex contractu speciali, pro aliquo usu Domini operas suas locarunt *Mevius p. 7. D. 365.* Quæ omnia ita regulariter obtinent, nisi observantia aliud sit introductum.

§. 9. Et hæc sunt B. Lect. quæ in præsentiarum pro temporis & materiæ ratione ac gravitate de *Potestate Domini territorii, & relativâ subditorum obligatione* exhibere volui, in quibus acquiescere placuit, ne Disputationis & propositi limites transgrederer. Imposterum forsan, si Deus volet, meliora & elimatiora sequentur. Omnipotenti autem sit

LAUS
HONOR & GLORIA.

WAs hoher Fürsten Macht und Unterthanen Pflicht
vor Nutzen nach sich zieh'/ wie beyde so verbunden/
daß ohne jenem ganz dis könne stehen nicht/
hat seit dem Sündenfall die ganze Welt befunden:
Wie nicht ein Regiment kan sonder Ordnung seyn/
wans sonsten dauren soll/ und ohne Fehl zu nennen/
so wahr und ganz gewis trift dieses gleichfals ein/
daß ohne Diener man den Herrn nicht kan erkennen:
von beyden lehrt die Schrift/ die Er geehrter Freund/
mit sonderbahren Fleis zusammen hat getragen/
Er kan/ wie iet es Recht und Satzung sey gemeint/
dem/ der sich wiedersezt/ aus rechtem Grunde sagen.
Sein Vatterland ist froh/ das alle Augenblick
auf seine Ankunft wart' ihm seinen Lohn zu geben.
Er reise wol/ich wünsch' daß ein beständig Glück
Ihm wolle fort und fort an seiner seiten schweben.

Seine sondere Wolgewogenheit zu bezeugen/
sezte dieses

Joachim Wilhelm Malzan/
Freyherr von Wartenburg
und Penzlin.

Nobil. Clarissimoque Domino

FRIDER. THEODORO KLAMPRINGIO,

U. J. Ddo,

HENR. BALTH. ROTH/ D.

P.P. & p.t. DECAN.

FELICITATEM!

OTio liberali, tot annis in studio Legum consumto, nullum honestius propositum esse premium noveras, quam editis doctrina speciminibus solennes in jure honores non ambire magis, quàm impetrare meritissimos. Ex illorum censu haberis, enim qui nō cum mortuis tantum in dies confabulari, sed eruditissimis quoque Viris in hac academia perpetuo cupiunt adsociari, ut optimis institutis pariter exemplisque abundantes olim Patriæ reddant cum fœnore, quod publica necessitas requirit. Tristes hominum ineptias, & vana spernis studia, qui omnem curam eo dirigis, ut vita potius communique usui adpliceris, non incerto demonstrans argumento, quantum respublica de Te possit sperare. Non patitur virtus TUA, ut dissertationi huic de SUPERIORITATE TERRITORIALI laudis meæ testimonium adjungam, cum in utramque partem vera noscantur momenta, quibus à vulgo secerni & æstimari debeas. Neque superest quidquam, nisi publicus in ampla statione honor, qui sicut academici nostri coronis est, ita TIBI contingat ex voto, solicitè precor. Jenæ XVII. Februarii, clↄ Iↄc LXXIX.

DEr Flus kwillt aus der See und weñ der Strohm verseiget/
so eilt die schnelle Fluht auch wieder in die See:
Ein muntrer Tugend-Geist/ ob er gleich mühsam steiget/
so hemmet ihn doch nie der Ehren stikle Höh:
Du Treuster hast die Ehr' Asträens auch begehret/
und deiner Jahre Kern auf ihre Lehr gewand/
Du hast hierin auch nicht verfehlt/und wirst geehret/
wie deine Klugheit wert/ durch der gelehrten Stand/
Du reisest nun getrost/wohin das Glükke führet/
weil dir fort offen steht/die volle Ehren-Bahn/
Fahr wol! erlange bald was dir noch mehr gebühret/
ich wünsch das Glükke sey dir ewig zugethan.

Seinem Hochwehrten Herrn Bruder und Freunde
schrieb dieses zu schuldigsten Ehren

Theodor Hocken.

ASTrææ, patriâque tua tibi subdite digne
Gratulor atque precor præmia plura brevi.

*Dno Doctorando, amico suo fraternè
dilecto hæc accinere voluit*

Johann Ditrich von Büren/
Bremâ-Saxo.

DJe Tugend ist ein Licht ümsternt mit tausend Strahlen:
wohin dis scheint/ da fällt der Ehre Schatten ein.
Die Weysheit ist ein Gold/das nicht ist zu bezahlen/
bey dessen Glanze stets der Ruhm will Nachbahr seyn.
Ein wolgeschnitner Stein/ in dessen reine Blize
der Sonne Pracht sich mengt/ wird allzeit hoch geschäzt:
Ein Geist/ dem Wiz und Kunst giebt Strahlen/ Gluht und
Hize/
darf keinen Diamant nicht werden nachgesezt.

Biß

Der Rechte Wissenschafft läst nicht im Staube liegen/
sie zieht ans Tages-Licht getreue Diener vor.
Ihr Antliz giebt uns Glanz und ihre Gunst vergnügen/
auf ihrer Leiter steigt manch schöner Sinn empor.
Hochwehrter/ dem anizt die Themis Kränze windet/
Ihn führ ich zum Beweis hier selbst als Zeugen an.
Sein Geist war allezeit von Tugend angezündet.
Drüm trit sein Fuß numehr der Ehre güldne Bahn.
Asträa wird Ihm noch Gedächtnis-Tempel bauen/
Sein Lob wird über Mond und andre Sterne gehn/
Bis Er sein Glücke wird auf festem Grunde schauen/
bis hohen Häuptern Er wird an der Seite stehn.
Auch Zypris denket schon/ wie sie des Purpers Schimmer
Mit Rosen zieren will/ darauf ihr Blut noch schwimmt.
Sie gehet auf und ab in ihrem Frauenzimmer
zu sehn/ bey welcher izt ein keusches Feuer glimmt.
Das allerschönste Kind/ ein Kleinod wahrer Tugend
der Nymphen Preis und Zier hat Sie Ihm zugedacht.
Wohl! Wer also vollbringt den Lauf der schönen Jugend/
der hat in kurzer Zeit es weit genug gebracht.
Izt seh ich Ihn noch an in seinem Glücke wachsen
und wünsche dis: Sein Heil bleib ewig unversehrt!
Der Grenz-Stein seines Ruhms sey bey des Himmels Ach-
sen.
Was aus der Tugend quillt/ wird immerfort vermehrt.

Dem Herrn Doctorando als seinem
Freunde zu sonderbahren
Ruhme sez't dieses aus
schuldiger Ergebenheit

Bernhard Ludwig Möllenbeck.

WAs stete Emsigkeit/ durch klug-gesinnten Wiz/
vor Wissenschaft erlangt: Was Völker Säzze lehren/
wie mächtig Fürsten sind/ was Rechte/ kan man hören
mit grosser Lust von dir/ du bist der Weysheit Siz/

und

der Tugend Eigenthum/ und Auszug wahrer Treu.
So rühmet Franckfurt dich/ so mus dich Leipzig preisen/
und wer dich nur gekand/ der kan dis völlig zeugen/
daß Wiz und Treu bey dir fast ungemeine sey/
dis lobt auch Jehn' an dir/drum nimts dich in den Stand/
dadurch die Pfortendir zu aller Ehr stehn offen/
der Mühe Preis ist da/ du kanst mit vollem hoffen
zu noch viel größrer Ehr nun sehn dein Vaterland.
Zih/ hin und werde so an Glück als Ruhme reich/
Des Höchsten milde Hand woll diesen Wunsch vermehren
und laßen dich stets blühn im Wachsthum deiner Ehren/
daß deines Lebens Lauf/ des Nestors Jahren gleich.
Leipzig/ den 3. Febr.
1679.

Hiemit wolte seine Ergebenheit bezeugen/ des Herrn Bruders treuverbundenester

Nicolaus Wilhelm Krügert.

SO hat er nun erlangt der Rechtgelehrten Würde
wonach so lange schon sein Tugendhaft Beginnen
durch unermüdten Fleis und stetiges ersinnen
gestrebt/ sein freyer Geist hat sich nun von der Bürde
entladen/ er ist froh! weil Er anizt empfangen
den ersten Preis der Müh/ den seiner Fürsten Thronen
mit ihrer hohen Gunst noch weiter werde lohnen.
Wol! dem das Glükk so will/ nach seinem Selbst-Verlangen.

Dieses sezte seinen vielgeliebten Herrn Bruder und wehrten Freund zu schuldigsten Ehren

Friedrich Caspar/
von und zu Völkershausen.
Eques Franc.